

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.



*Pa. 25. XII.
Publ. 14. m. m. 18.*

33

1675/14.

Q. B. V.
DISSERTATIO
ad
L. un. Cod.

de
CAPITATIONE

Civium Censibus eximendâ ,

Quam

DIVINA FAVENTE GRATIA ,

In Almâ Argentinensium Universitate ,

sub

Præsidio

Viri Nobiliss. Ampliss. ac Consultiss.

DN. GERARDI von Stöffen / V.I.D.

& Pand. Prof. celebratissimi , p. t. Re-
ctoris Magnifici ,

DN. Patroni ac Præceptoris sui æviternum devenerandi ,

Solenniter defensus est

BARTHOLOMÆUS MAUSELIN , Ravenspurgo-Suevus ,

Auth. & Resp.

d. 18. Novem. anno N. C. **MDCLXXV.**

**ARGENTORATI ,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.**



23

P 134.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



D
I

cis
con
nis
Lic



vix
fator
ita u
In C





C. B. D.

DISSERTATIO

ad

L. unic. C.

DE CAPITATIONE CIVIVM
cenſibus eximenda.

Imp. *Constantinus* ad *Eusebium* U. P. Præsidentem
Lyciæ & Pamphiliæ.

Plebs Urbana (ſicut in Orientalibus quoque provin-
ciis obſervatur) minimè in cenſibus pro capitacione ſua
conveniatur: ſed juxta hanc juſſionem noſtram immu-
nis habeatur. Dat. Kal. Jun. Constantino A. III. &
Licinio III. Coſs.

THEſIS PRIMA.

Hæc lectio *Gothofrediana*; cum quâ
Contii, Ruſſardi, Ceſtii Codices conveniunt.
Vetuftiores *Rubei* de anno 1478. *Bapt. de*
Tortis de anno 1498. *Fradini* de anno 1511.
Haloandri de anno 1530. & 41. *Hugonis à*
Portâ de anno 1542. ſubſcriptionem nullam,
vix *Constantini* inſcriptionem agnoſcunt. *Pileus antiq.* Gloſ-
ſator legit: *Imp. Constant. ad Eusebium Præfectum plebis urbanæ;*
ita ut lex incipiat. Sicut &c. *notante Azone in Comment. ad b. l. n.*
In Cod. Theſof. lex noſtra plenius legitur, & quædam hîc detra-
cta

Sta sunt, uti notat quoque *Cestius & Gothfred. h.* sic enim in Cod. Theodos. ex edit. ult. (Nam in edit. Basil. de anno 1528. non exstat) *l. 2. de censu lib. 13. tit. 10.*

Idem AA. ad Eusebium U. P. Praesidem
Lyciae & Pamphiliae.

Plebs Urbana, sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur, minimè in censibus pro capitatione sua conveniatur: sed juxta hanc jussionem nostram immunis habeatur: sicut etiam sub Domino & Parente nostro Diocletiano Seniore A. eadem plebs immunis fuerat.
Dat. Kal. Jun. Constantino A. III. & Licinio III. Coss. (313.)

II. Variationem lectionis nemo non facile notabit, quænam verò præ alia amplectenda, an verò unaquæq; subsistere queat, inferiùs videbimus. De inscriptione & subscriptione nonnulla præfari & motis est & jucundæ utilitatis. Inscriptio Imper. Constantinum demonstrat Autorem, quem Magnum fuisse, subscriptio satis indicat. Vitam illius quatuor libris descripsit *Eusebius Pamphili*, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus; in quibus tamen potissimùm ea, quæ ad pietatem pertinent, narrat; minimè verò, quæ ad singulorum utilitatem constituerit, aliaque fortia facinora; uti ipse fatetur *lib. 1. de vit. Constant. M. cap. 11.* Compendio tradit *Eutropius*: Fl. Valerius Constantinus, Constantii Chlorig ex obscuriori matrimonio F. viri egregii & præstantissimæ civilitatis, in Britannia creatus Imp. in locum Patris exoptatissimus moderator accessit, vir ingens & omnia efficere nitens, quæ animo præparasset, primo imperii tempore optimis Principibus, ultimo mediis comparandus; in quo innumeræ animi corporisque virtutes claruerint; militaris gloriæ appetentissimus, cui fortuna in bellis prospera, verùm ita, ut non superaret industriam. Civilibus artibus & liberalibus studiis deditus, affectator justæ amoris, quem omninò sibi & liberalitate & docilitate quæsit: sicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius, nihil occasionum prætermittens, quo opulen-

opulentiores illos clarioresque præstaret; primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ æmulam faceret. *Histor. Roman. lib. 10. circ. pr.*

III. Pulchritudine, formæque corporis & robore vel in extremâ ætate nemini secundus; animi verò virtutibus, modestiâ sc. eruditione, prudentiâ longe illustrior, ut & sapientiâ divinitus infusâ. *Euseb. d. l. de vit. Constant. cap. 19. & 4. cap. 53.* Nam & Helenam matrem, quæ Dei cultrix non erat, suo suasu religiosam fecit. *Id. lib. 3. cap. 47.* Idèò namque Christianismum elegit, quod Patri præ aliis Impp. omnia felicissimè cessissent. *Id. lib. 1. cap. 27.* Habitum regium gemmis, & caput exornabat perpetuo diademate: commodissimus tamen rebus multis fuit; calumnias sedare legibus severissimis; nutrire artes bonas, præcipuè studia literarum; legere ipse, scribere, meditari, audire legationes & querimonias provinciarum. *Sext. Aurel. Vict. in Epitom. de vit. Impp.* Cùm, liberis filioque fratris Dalmatio Cæsaribus confirmatis, annos tres & sexaginta vixisset, (ex quibus dimidios ita, ut tredecim solus imperaret) morbo consumptus est. *Id. ibid.* Idem autor (si modo idem est) *in lib. de Cæsarib.* excessisse anno imperii tricesimo secundoque ait, cùm totum orbem tredecim tenuisset, sexaginta natus atque amplius duos. Neque ipse *Eusebius* sibi constat. Nam *lib. 1. de vit. Constant. cap. 5* annis 30. regnasse tradit, vixisse ultra sexaginta; alibi verò imperii curriculum, *inquit, 32. annis explevit*, exceptis paucis mensibus ac diebus; vitæ verò spatium duplo ferè longius fuit *lib. 4. cap. 53.* Fortè varietas ex inde nata, quod Constantii patris, tanquam Augusti dignitate contenti, cùm esset otiosus, anni adscribantur filio; uti docet *M. Aurel. Cassiodor. in Chron.* & addit regnasse annos XXX. menses X. mortuum anno ætatis LXVI. *vid. infra thes. 9.*

IV. Sunt qui vitia Imp. nostri nimium exaggerant; quæ non reticet *Eutropius*, ibi: insolentia rerum secundarum aliquantum Constantinum ex illa favorabili animi docilitate mutavit: primùm necessitudines persecutus, egregium virum & sororis F. commodæ indolis juvenem interfecit; mox uxorem; post numerosos amicos. *d. lib. 10. Histor. Roman.* Et *Sext. Aurel. Victor*; Faustâ conjugem (Maximiani Herculii F. *Eutrop. d. l.*)

uti putant, suggerente Crispum filium ex Minervâ concubinâ necari jubet, deinde uxorem suam Faustam in balneas coniectam interemit, cum eum mater Helena dolore nimio nepotis increparet. Et paulò post: irrisor potiùs quàm blandus: unde proverbio vulgari: *Thracala decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus*, ob profusiones immodicas notatus. *in d. Epitom.* Et alibi, memoriâ meâ Constantinum, quanquam cæteris promptum virtutibus, ad usque astra votis omnium subduxere; qui profectò si munificentia atque ambitioni modum hisque artibus statuisset, quæ præcipuè adulta ingenia, gloriæ studio progressâ longiùs, in contrarium labuntur, haud multùm abesset D E O. *Sext. Aurel. Viêt. de Cesaribus.* Neque dissimulat *Eusebius*, insitam Imp. humanitatem morumque sinceritatem eò ipsum adduxisse, ut crederet fictæ in speciem pietati illorum, qui pro Christianis habebantur, & qui sinceram erga ipsum benevolentiam callidâ mente simulabant; quibus ille cum semel credidisset, interdum fortasse in eâ, quæ parùm decora essent, impegisse, maligni Dæmonis invidiâ hanc velut maculam reliquis ejus laudibus adspergente. *lib. 4. de vit. Constant. M. cap. 54.* & alibi, cum nullus esset extremi supplicii metus, qui malos homines à sceleribus deterreret, Imperatore prorsus in clementiam propenso, & ex provinciarum Rectoribus nemine crimina coercente, factum est, ut publica administratio non mediocrem reprehensionem subierit, jure an injuriâ, statuat quisque prout videbitur. *Id. lib. 4. cap. 31. Add. Iulianum Imper. in Cesarib. circ. fin.* ubi præterea Constantino delicias furtivosque amores objicit. *Fac. Dn. à Felde in Elem. jur. part. 4. lib. 4. cap. 2. membr. 5. n. 4.*

V. Sanè in summo ingenio atque optimis Reipublicæ moribus, quamvis parva vitia, elucet magis; eoque notantur facilè: quin etiam acriùs sæpè officiunt, cum ob auctoris decus in virtutes potissimùm accipiuntur atque ad imitandum invitamento sunt. *Sext. Aurel. de Cesarib.* Juri emendando Constantinum M. operam dedisse laudant nonnulli, alii nimium studium coarguunt. *Eusebius*: Leges tulit assiduè, nunc de civilibus negotiis, nunc de re militari, cuncta denique ad commodum atque utilitatem humani generis excogitavit. *lib. 4. de vit.*

cap.

cap. 55. & alibi : Hujusmodi pænè innumeras LL. subditis suis promulgavit, quas quidem peculiari volumine tradere ad perspicuendam hac etiam in parte Imp. prudentiam majoris otii fuerit. *d. lib. 4. cap. 27. & ibi Henr. Valesius in not. Add. supr. thes. 3. Eutropius* : Multas leges rogavit, quasdam ex bono & æquo, plerasque superfluas, nonnullas severas. *d. lib. 10. Histor. Roman.* Sanè in Codice nostro Justiniano ferè ducentas decemque reperire licet & quidem lib. I, 23. II, 9. III, 22. IV, 9. V, 10. VI, 13. VII, 21. VIII, 12. IX, 23. X, 26. XI, 21. XII, 21. Ex severis istis, de quibus *Eutropius*, esse videntur *l. fin. C. de patrib. qui fil. l. un. C. de concubin. l. quamvis. 30. C. ad L. lul. de adulter. l. unic. C. de his, qui parent. l. 3. & 4. C. de malef. & mathem. l. 1. & 2. C. de fals. monet. l. 2. C. de requir. reis.* Ex superfluis creduntur esse *l. placuit. 8. Cod. de iudic. l. pro officio. 20. Cod. de admistr. tut. l. fin. Cod. de pact. pignor. l. Medicos. 6. Cod. de Profess. & Med.*

V L. Plurimas quoq; LL. ad majorem sanctitatem traduxisse, non diffitetur *Eusebius*. Nam cum orbos antiquæ LL. Parentum hæreditate privarent, durum videbatur, homines liberis destitutos, tanquam alicujus criminis reos pænâ affici. Itaque voluit Imper. ut qui spontè ac deditâ operâ cælibes manerent, legi subjicerentur; quibus autem vel maximè cupientibus naturalis infirmitas liberos denegasset, commiseratione; qui verò sublimioris philosophiæ amore castitatem atque omnimodam virginitatem vovissent, admiratione non pœna dignos esse censuit. *vid. d. lib. 4. cap. 26. Fac. rubr. & l. 1. C. de infirm. pæn. ibiq; Gothofred. Iohan. Goedd. ad l. Spadonum. 128. n. 1. ff. de V. S.* Ita antiquis LL. cautum erat, ut morientes & ultimum qs. ducentes spiritum certis quibusdam verbis testamenta scrupulosè componerent, præscriptæque erant formulæ & solennitates ac verba, quæ reddi oporteret. Ex quo plurimæ fraudes adhibebantur ad circumscribendam morientium voluntatem. Quod Imp. cum animadvertisset, hanc etiam legem emendavit, statuens, ut nudis verbis & qualicumque oratione testamentum condere morientibus liceret, & supremam voluntatem quovis scripto declarare, aut, si mallent sine scripto testari, id facerent, adhibitis duntaxat testibus idoneis, qui fidem servare absque

mendacio possent. *Euseb. d. cap. 26. circ. fin. Fac. l. quoniam. 15. C. de testam.* Quæ narratio ingens lumen fœneratur *l. 1. Cod. de SS. Eccles.* aliàs Interpretum sententiis satis vexaræ. *Vid. P. Gilkenius ad d. l. 1. C. de SS. Eccles. n. 4. & seqq.* Laudat quoque *Eusebius* leges latas, ne *Christianus Iudæo* serviret, ne *Provinciarum Præsides Episcoporum decreta rescinderent* &c. *d. lib. 4. cap. 27. Fac. l. 1. & 2. Cod. Theod. Ne Christian. mancip. l. quoniam 22. C. Theod. de Iudæis l. 1. C. Theod. de Episc. judic. ibiq; Iacob. Gothofr. can. omnes 35. caus. 11. q. 1.*

VII. Æquè benigna ac sancta N. L. esse videtur, *Eusebio V. P. Præsidi Lyciæ & Pamphylia inscripta*: unde apparet (1.) potius pragmaticam sanctionem esse, quàm epistolam. *arg. l. ult. C. de divers. rescript.* (2.) neque opus esse formatione casus, uti vocant, quippe qui illis demum LL. convenit, in quibus aliquid ex facto tractatum proponitur: nisi quis risus movendi causâ, & ut fabulis quodammodò alliciantur juvenes ad hæc nostra studia, Imperatorem in nube consultum de aliquâ re respondentem fingere malit. *Vid. Bened. Pescionius in Commentar. ad tit. Institut. de obligat. in præfat. ad studios. Pisan.* Neque *Lucas de Penna*, neque *Haloander* aliique illam inscriptionem *Eusebio &c.* in suis Codicibus agnoscunt. *Vid. thes. 1.* Qualis ille fuerit incertum, nisi fortè is, de quo *Constantinus* in *l. 1. C. Theod. de annon. & tribut. ait.* Præter privatas res nostras & *Ecclesias Catholicas & domum clarissimæ memoriæ Eusebii* ex *Consule & ex Magistro equitum & peditum & Arsacis R. Armeniorum* nemo ex nostra jussione præcipuis emolumentis familiaris juvetur substantiæ. *Datianus* enim *V. C. Patricius*, qui hanc olim gratiam fuerat consecutus, auferri sibi id cum tantâ instantiâ depoposcit, cum quantâ alii poscere consueverunt. Ideoque omnes pensitare &c. *in l. omnes, 4. Cod. d. t.* Quem ipsum *l. Gothofredus* in *commentar. ad d. l. 1. C. Theod. de annon. & tribut.* patrem autumat *Eusebii & Hypatii*, postea *Consulum*, & *Eusebiæ Constantii Imper. conjugis*, de quibus honorificè *Amm. Marcellin. lib. 21. post. pr. & 29. in med.* Alteri *Eusebio* (si fortè non idem est) sæpius *Diocletianus & Maximianus Impp.* rescripsere, uti apparet ex *l. cum proponas. 21. C. de pact. l. si pater. 8. C. de action. emt. l. 3. C. de commun. rer. alienat. l. fin. C. quand. dies legator. sed &*

& Eusebii, qui Constantii Imp. cubiculo præpositus fuit, inconsideratæ jactantiæ, à Juliano tandem occisi, passim mentio fit apud Marcellin. lib. 14. 15. & 22.

VIII. Lycia & Pamphylia tempore Notitiæ utriusq; imperii, sub dispositione Viri Spectabilis Vicarii (i. e. vice-Praefecti. arg. l. 1. §. à Praefectis. 4. ibiq; Gothofred. ff. de leg. 3.) Dioceseos Asiaticæ erant. vid. d. Notit. ibiq; Guid. Panciroll. pag. 78. a. Antea, imperante Constantino, ab uno Præside regebantur, uti ex h. l. n. videre est. Et quia nec Consulares erant, nec Præsidem clarissimum habebant, inter minores provincias censebantur. Postea utraque ab Imp. Justiniano divisa & consularis facta, uti apparet ex Nov. 8. Panciroll. d. l. cap. 123. & seq. Lycia inter Pamphyliam & Cariam media, à septentrione confinis est Phrygiæ; olim 60. oppidis clara; quarum opulentissima Myra, ad quam D. Paulus in Italiam navigans appulit. Actor. 27. 5. Ex illis initid 14. ferebant suffragia de rebus belli & pacis, ac Lyciarchum creabant, qui universæ provinciæ jus dicebat. Olim mari usque ad Italiam imperarunt, ut ex Strabon. lib. 3. Geograph. Panciroll. d. l. cap. 124. notat. Pamphylia olim Mopsia cognominata, nunc vulgò Sattalia, corrupto vocabulo ab Attalia, (ejus metropoli, civitate maximâ ac munitâ, portum habente ac emporium egregium ad fluvium Cattaratum) dicitur. Ab oriente habet Ciliciam, ab occasu Lyciam, à septentrione Galatiam, à meridie mare Pamphylium; ita ex Græco dicta, quòd ex omnibus gentibus esset conflata. Ejus metropolis quondam Aspendus; de quâ vulgatum proverbium: *Aspendius Cytharista*, quod furem vel eum, qui multum intestinis suis commodis consulit, significat, quia Aspendii intus sinistra tantum manu chordas carpunt, ut proximè assistentes tantum audiant, nee dextrâ plectro utuntur. Vid. Guid. Panciroll. in Not. Imperii d. l. cap. 123. Dominic. Mar. Niger in Geograph. Asiæ comment. I. pag. 457. Adag. Erasmi. juxta loc. commun. digest. tit. Proprii commodi studium, &c. rubr. intus canere. *Aspendius Citharædus*. pag. m. 1534.

IX. Lata est lex nostra Constantino Aug. III. & Licinio III. Coss. i. e. anno Imperii Constantini quinto secundum Casiodor. in Chron. ibique Cuspinian. in Not. & Ant. Contium in Fast. Consular. septimo secundum Funccium in Chronolog. & El. Reusner.

ner. in Isagog. Histot. in Aquil. Roman. senect. anno ætæ Christianæ 311. secundum Dan. Autocrat. Chronolog. lib. 1. anno 316. secundum Funccium in Chronolog. anno 315. secundum Cuspinian in Not. ad Casiod. anno Christi 314. secundum Contium d. l. anno Christi 313. secundum Reusn. Isagog. Hist. d. l. quem Christi annum quoque agnoscit Iacob. Gothofred. in Cod. Theodos. ad h. l. n. Uti etiam Henr. Valesius in Not. ad Eusebium de vit. Constant. M. lib. 1. cap. 52. Nam primum prælium inter Constantinum & Licinium, ait, anno Christi 314. fuisse in Pannoniâ ap. Cibalas anno Imperii octavo 8. id. Octobris, Volusiano & Anniano Coss. post consulatum III. Constantini & Licinii. Tum pace facta Consules quartum in sequentem annum factos, &c. ad lib. 2. cap. 6. Idem in Not. ad d. lib. 2. cap. 51. & 53. Constantinum anno ætatis 62: Christi 337. mortuum esse tradit, & dissensum quoque Historicorum notat. Add. suprâ th. 3. Eundem annum Christi habet Abrah. Bucholcer. sed anno ætatis 64. (aliis 65.) imperii 31. censet diem suum obiisse, in Indic. Chronolog.

X. C. Aurelius Licinius primum à Galerio ex veteri amicitia cognitus, Cæsar & Augustus creatus, post à Constantino, qui sororem Constantiam ei matrimonio junxerat, in societatem imperii quoque adscitus est, & Licinianus filius, mensium ferè viginti unâ cum Crispo & Constantino filiis Cæsar factus est. Dissidio autem exorto, quòd imperia difficilè concordiam custodiant, iterum iterumque victus à Constantino pactâ salute indumentum regium per uxorem obtulit, & Thessalonicae privatus vixit: paulò post tamen jugulatur annù dominationis ferè post quintum decimum, vitæ proximè sexagesimum; avaritiæ cupidine omnium pessimus, neque alienus à luxu venereo, asper admodum, haud mediocriter impatiens, infestus literis; quas in inscitiam immodicam virus ac pestem publicam nominabat, præcipuè forenses industrias. Agrarius planè ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus altusque erat, satis utilis ac militiæ custos ad Veterum instituta severissimus. Spadonum & Aulicorum omnium vehemens domitor, tineas soricesq; palatii eos appellans. Sext. Aurel. Vict. in Epitom. de vita & morib. Imp. Romanor. Euseb. in Chron. lib. 10. cap. 8. & de vit. Constant. M. lib. 1. cap. 50.

XI. Alii

XI. Alii ob diversos mores anxie triennium congruere quivisse ajunt. Constantino præter ambitionem cætera ; Licinio parsimoniam & eam quidem agrestem tantummodò affuisse; illum cunctos hostes honore ac fortunis manentibus texisse & recepisse, eò piùm, ut etiam vetus teterrimumque supplicium patibulorum & cruribus suffringendis primus removerit ; huic ne infontium quidem ac nobilium Philosophorum servili more cruciatus adhibitos modum fecisse. *Sext. Aurel. Vict. de Cæsarib.* Nam qui alimenta miseris in carcere ex humanitate præstabant, vel reis stipem dabant, eadem cum illis pœnâ afficiebat. Innumeras quoque leges sapienter latas abolere conabatur, & innumeros indictionum titulos variasque auri & argenti exactiones excogitabat. *Euseb. in Chron. lib. 10. cap. 8.* Etiam mortuis agricolis novas agrorum mensiones instituebat : ut exigui agri majorem imputaret modum. *Id. in vit. Constantin. M. lib. 1. cap. 48.* De subdolâ Licinii pietate & quomodo Christianos acerrimè sit persecutus, plurima habet *Id. in Chron. lib. 9. cap. 9. & seqq. & in vit. Constant. M. lib. 2. cap. 1. & seqq.*

XII. Contra Licinium itaque Constantinus bellum molitus est, ut populum à tyrannide ejus liberaret. *Euseb. in chron. lib. 10. cap. 9. & in vit. Constantin. M. lib. 2. cap. 3.* Duplex autem bellum fuit civile, primum, quo Licinius ad Cibalim in Pannoniâ victus est, anno Christi 314. Constantini Imperii 8. vel 9. Posterius, quo juxta Adrianopolim fusus ac fugatus, ac tandem ad deditiõnem compulsus, anno Christi 324. quod bellum incepit anno Christi 320. Imperii Constantini 14. *vid. Valesius in Not. ad Euseb. de vit. Constantin. M. lib. 1. cap. 52. & 2. c. 6.* Eutropius, Licinium postremò navali & terrestri prælio victum apud Nicomediam, ait, sese dedidisse & contra religionem sacramenti Thessalonicæ privatum fuisse occisum. *lib. 10. Histor. Roman.* Alii verò ideo jugulatum, quòd denuò contra datam fidem insidias Constantino machinatus fuisset. *Vid. Euseb. in lib. 10. cap. 8. & de vit. Constantin. M. lib. 1. cap. 50. & lib. 2. cap. 11. 15. 18. & seq. Abrah. Bucholcer. in Indic. Chronolog. ad A. C. 324.*

XIII. In edit. Gothofred. de anno 1619. subjungitur in L. N. *Constantinop.* qs. locus urbis Constantinopolitanæ designetur.

B

gnetur.

gnetur. Malè, cum demum Pacatiano & Hilariano Coff. anno C. N. 331. 11. Maij solennibus ceremoniis sit dedicata, ut esset Imperii orientalis sedes ideoque Nova Roma dicta. *Vid. Cassiodor. Chron. & Bucholcer. in d. Chronol. ad d. ann. l. omni. 6. C. de SS. Eccles. l. generaliter. 52. in fin. C. de Episc. & Cler. l. intra. 5. C. de oper. publ. l. ult. C. in quib. caus. pign.* Facit quod *Sext. Aurel. Vict.* Licinium post primum prælium ait Byzantium (neq; addit Constantinopolim dictam, uti infra) volucris fugâ pervenisse &c. & postea: Constantini corpus sepultum in Byzantio, Constantinopoli dicta. *in Epit. de vit. & mor. Imp. pp.* quanquam ægrè P. R. tulit, quippe cujus armis, legibus, clementi imperio, q̄s. novam urbem Romanam arbitraretur. *Id. de Cesarib.* Rectius itaq; legitur *Constantino &c.* uti verba sequentia quodammodo volunt, & *Codex Contii & Vulgatus* aliique omnes habent, quibus etiam astipulantur edit. *Gothofr. de anno 1589. & 1594.* Si tamen locus addendus esset, probabilis videretur Roma fuisse. *arg. l. 1. C. de censib. & censit.*

XIV. Vidimus pro ratione instituti, quæ ad historiam L. N. pertinent; videamus nunc ipsius Legis explicationem, cui postmodum dubia nonnulla seu quæstiones, & tandem Notabilia quædam subijcimus. Præmittenda itaq; terminorum *plebis, capitationis, census* evolutio, antequam legis nostræ summam indicemus. Nisi enim terminorum certus sensus eruatur, enunciationum quoque, quæ ex illis terminis constant, fidem vacillare necesse est.

XV. Plebs quidem in jure nostro differt à populo, uti species à genere. Nam appellatione populi universi cives significantur, connumeratis etiam Patritiis & Senatoribus. Plebis autem appellatione sine Patritiis & Senatoribus ceteri cives veniunt. *§. lex est. 4. Inst. de l. N. G. & Cod. l. plebs est. 238 pr. ff. de V. S. ibiq; Gædd.* Ita sumitur passim *in l. 2. §. deinde. 8. & seqq. §. ibidem. 20. & seqq. ff. de O. I.* Sed hæc latior significatio est, strictior, quàm ab equitibus quoque secernitur. Hinc *Ausonius: Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.* Nam cum Romulus 300. viros robustissimos ad corporis sui custodiam elegisset, hi quasi ordinem medium facere & initio *Celeres*, postea *Flexumines & Trosculi*, denique *Equites* dici ceperunt. *Plin. lib. 33. Histor.*

Histor. Natur. cap. 2. H. Wegner. ad d. l. 238. num. 5. ff. de V. S.
 Hic tamen in strictissimo sensu venire arbitramur pro infimis ex
 plebeio ordine, *arg. l. 1. in pr. C. Ne rustic. l. 3. pr. ibi: an plebe-*
ius sit ibique *Gothofred. de testib. l. honores. 7. §. i. ff. de decur.*
 qui aliàs *capite censi* dicebantur; de quibus *infr. th. 16. &c.* un-
 de ipsa *capitatio plebeia* dici videtur *in l. in virginitate. 4. Cod.*
Theod. de cens. 13. 10. & plebis exactio in l. nulla vidua. 6. Cod.
Theod. d. t. non quasi ad alios non pertineret, sed quòd solam
 plebem fortè affligeret vel potius, quòd ea unicum plebis onus
 esset. Et sanè distinctiones & appellationes Ordinum ex cujus-
 cunque Reipubl. constitutione sumi oportet. *Wegner. d. l. num. 7.*
 Neque credibile est, Constantinum hìc plebem voluisse solis
 Senatoribus opponere. Nam hac ratione plurimi quoque è di-
 tioribus à capitazione immunes fuissent, contra mentem Imp. qui
 pauperioribus consultum voluit. *Vid. infr. th. 32. & 36.*

XVI. Neque turbat, quòd *Car. Sigonius.* Plebem Ro-
 manam, quam in plebem *urbanam & rusticam* dispescit, dicat so-
 los Senatores & Equites excludere. *lib. 2. de antiquo jure civium*
Roman. cap. 5. 6. & 7. Nam & de antiquiore civium statu lo-
 quitur, & alibi non diffitetur, turbam promiscuam vel foren-
 sem *urbanam* quoque *plebem* peculiariter bonis Autoribus ap-
 pellantam, & fuisse quasi *corpore proletarios & capite censos*,
 quos in sextam classem ultimamque centuriam rejecerat S. Tul-
 lius. *d. lib. 2. cap. 13.* Ita *Cicero*: Nimirum illud est, quod ab
 hoc tribuno pleb. dictum est in senatu, *urbanam plebem* ni-
 miùm in Republ. posse, exhaustendam esse. Hoc enim verbo
 est usus, quasi de aliquà sentinâ, ac non de optimorum civium
 genere loqueretur. *Orat. 2. in Rullum. & alibi*: Apud bonos ii-
 dem sumus, quos reliquisti, apud sordem & facem urbis mul-
 tò meliùs, quàm reliquisti. *lib. 1. ad Attic. ep. 15.* Et *Salustius*:
 Urbana plebs præceps erat multis de causis; primùm omnium,
 qui ubique probro ac petulantia maximè præstabant; item alii
 qui per dedecora patrimoniis amissis; postremò omnes, quos fla-
 gitium aut facinus expulerat. Hi Romam sicuti in sentinam
 confluerunt. *in conjurat.* Atque illud vulgus imperitum Ho-
 ratius *tunicatum popellum* vocat. *lib. 1. Epist. 7.* uti quoque Ta-
 citus *in dialog. de Orator. cap. 7.* quòd non togâ, sed tunicâ fex ipsa

civitatis uteretur. *Sigon. d. cap. 13. in fin.* Cumque recitasset (*ex Dionys. Halicarn. lib. 5. antiquit. n. 4.*) tertio post exactos Reges anno pauperes omnium vectigalium vacationem habuisse, quæ Regibus pependissent; & Appium Consullem in Senatu dixisse, plebem nimis multa postulare, postquam regiis tributis esset relaxata, plebem, inquit, hoc loco intelligamus oportet homines rei familiaris angustiis impeditos, quorum major pars de plebe erat. *Sigon. d. l. 1. cap. 16. circ. pr. Add. infr. th. 40.*

XVII. *Capitationis* vocabulum quod vix melioris ætatis Autoribus usurpatum putat *Dn. Sam. Hundius in disput. in augural. de Capitat. thes. 41.* non uno modo accipitur. *B. Briffon. in Lex. & ex eo Calvin.* Nam (1.) sumitur pro annonâ sive pabulo jumentorum vel equorum, quod pro capite dignitatis suæ & numero hominum ac equorum, juxta delegationem Mittentium, Rectoribus Provinciarum & ejus Comitibus ex horreis publicis suppeditabatur. *rubr. & l. unic. Cod. de annon. & capitat. administr. ibq; Gothofr. & Brunnem. Fac. Nov. 8. cap. 2.* Hujusmodi *delegationes* sive *Notitiæ* ipsis Præfectis Prætorio ab Imp. dabantur, ut constare tantò rectius posset, quænam emolumenta ipsi & unusquisq; ex officio eorum ex publico consequerentur. *l. 1. §. quæ verò. 4. C. de offic. Præf. Prætor. Africa l. 2. §. quid autem. 6. & §. ad hoc. 18. C. eod. Jul. Pac. ad. d. l. Cod. de annon. & capitat. Quarum exempla videre licet. d. l. 1. §. & est notitia. 8. & seqq. d. l. 2. §. & hac notitia. 19. & seqq. C. d. t. Ita Præfectus vigillum pro annonis accipiebat singulis annis decem libras auri. Nov. 13. cap. 3 §. 1. Pac. ad d. tit. de annon. & capitat. in fin.*

XVIII. Inter annonam militarem quoque *capitatio* sive *capitum* referebatur. *Julianus in l. 7. C. Theod. de erogat. militar. annon.* Milites ad vicesimum lapidem *capitum* petere iussimus. & *in l. seq.* Militibus ad KL. Augustas *capitatio* denegetur; ex KL. Augustis præbeatur; ubi *l. Gothofr.* *capitum* exponit pro paleis & fœno. *arg. l. 2. C. d. t. de erogat. milit. ann.* Facit locus *Amm. Marcellini*: ubi luxum militum Romanorum describit: *E-* venerat iisdem diebus, ut ad demendum Imp. capillum tonsor venire præceptus introiret ambitiosè vestitus. Quo viso *Julianus* obstupuit, *Ego* inquit, *non Rationalem iussi, sed tonsorem accersiri*; interrogatus tamen ille, *quid haberet ex arte compendii?*

vice-

vicenas diurnas respondit annonas, totidemque pabula jumentorum, quæ vulgò dicitant *capita* & annum stipendium grave absque fructuosis petitionibus multis. *lib. 22. circa pr.* Videtur & *capitus* dictum fuisse, ut notat Gothofr. *ad l. actuarii. 13. Cod. Theod. de erogat. milit. annon.* Fac. *in script. rubr. C. de annon. & capitu, &c.* uti nonnulli Codices legunt *Gothofred. Ruffard. & Pac. ad d. tit.*

XIX. Et *Aurelianus* in epistola militari ad Vicarium suum: si vis Tribunus esse, imò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, segetem nemo deterat; oleum, sal, lignum, nemo exigat, *annonâ suâ contentus sit*; de præda hostis, non de lacrymis provincialium habeat; arma terfa sint &c. equum sagmarium defricet, *capitum* animalis non vendat &c. *Flav. Vopisc. in vit. Aurelian. post pr. n.7.* ubi *Salmasius in Not.* Vocem, ait, purè Græcam, quam Latini usu fecerint suam. *Capitum* enim dici pro *Capetum*. Hanc Græcam esse *καπιτόν*. Cæterùm Romanorum sollicitudinem in procuranda militari annonâ *Misitheus Gordiani III. P.P.* ostendit, cujus viri tanta in Republ. dispositio fuit, ut nulla esset unquam civitas limitanea potior, quæ non posset exercitum Pop. Rom. ac Principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento & larido atque hordeo & paleis condita non haberet; minores verò urbes aliæ XXX. dierum, aliæ XL. nonnullæ duorum mensium; quæ minimùm, XV. dierum. *Iul. Capitol. in Gordiano III. n. 28.*

XX. (2.) Frequentiùs & propriè *Capitatio* pro tributo capitis, quod personis absque patrimonii respectu imponitur. *arg. l. fin. §. pen. ff. de muner. & honorib. l. immunitates. 9. ibiq. Azo & seq. C. de agric. & censit. junct. l. 3. l. fin. §. divus. 7. ff. de censib. Fac. l. generali. 32. §. fin. ibiq. Gothofred. ff. de usufr. leg. Bl. & Salicet. ad l. 3. Cod. fin. censu vel reliq. Georg. Franzk. de Laudem. cap. 10. num. 26. & seq. Liebentb. Colleg. Polit. Exercit. ult. thes. 31. Desid. Herald. lib. 1. quotidian. cap. 9. num. 8. in fin. Knipschild. de jur. Civit. Imperial lib. 2. cap. 17. num. 83. Dn. Myler. de Princip. & Stat. Imper. part. 2. cap. 62. thes. 6. & census quoque humanus vel animalium dicitur in l. un. in pr. C. de impon. lucrat. descript. capitalis illatio in l. pen. in fin. pr. C. de*

agric. & censit. pecunia pro capitibus in l. fin. §. qui annonam. 8. ibiq; Gothofr. ff. de mun. & honor. capitalis necessitas in l. maximarum. 12. circ. fin. ibiq; Gl. Cod. de excusat. mun. à Dd. interdum appellatur collectatio per focos, ad fumum vel per fumantes. P. Frider. Mindan. lib. 2. de mandat. cap. 44. thes. fin. Figuratè caput pro capitacione sumi videtur, ut quando Sidon. Apollin. ab Imp. Majoriano trium capitum remedium sive releuationem postulat:

Gerionas nos esse puta monstrumq; tributum,

Hic capita ut vivam tu mihi tolle tria.

in carmin. 13. Et quidem capitatio in genere capitacionem animalium interdum includit. arg. l. sacrosancta. 8. ibiq; Gloss. C. de SS. Eccles. l. in Ecclesiis. II. ibiq; Gloss. C. de Episcop. & Cler. l. unic. C. de colon Thrac. l. pen. & fin. in pr. ibiq; Gothofred. C. de annon. & tribut. l. pen. §. fin. ibiq; Gothofr. in voc. animales. C. de agric. & censit. in specie pro capitacione humana sumitur. arg. l. 1. C. Ne rustic. ad ullum obseq. d. l. 8. ibiq; Gilken. C. de SS. Eccles. d. l. in Ecclesiis. II. & l. quisquis. 16. C. de Episc. & Cler. l. 9. & seq. ibiq; Gloss. Cod. de agric. & censit. l. 2. vers. at cum. ibiq; Gothofred. in voc. pro rata jugorum. C. ut nem lic. empr. Nov. 17. cap. 8. pr. ibiq; Gothofr. in voc. Zygocephalorum. uti apertè indigitatur d. l. unic. C. de colon. Thrac. Vid. Cass. Klok. de arar. lib. 2. cap. 79. n. 27. & seq. Ita capitacionis animarum sive humanae & animalium expressè mentio fit in l. fin. Cod. Theod. de conlat. donat. quanquam l. Gothofred. pro servorum sive colonorum & animalium capitibus id solum excipiat. in commentar. ad d. l. fin. vers. secunda sententia &c. German. Kopffsteuer / Hauptsteuer / Kopffgeld / Hauptgeld / Personengeld. Speidel. in observat. lit. H. n. 48. Hund. de capitat. th. 42. in fin.

XXI. (3.) Interdum capitatio generis vicem sustinet pro quocunque onere & tributo possessionum, ita tamen ut non tam valoris & pretii, quam numeri ac mensurae ratio habeatur. *arg. l. si minor. 9. ibiq; Gloss. & Gothofred. C. de action. empr. Quod facere videtur lex Constantini vel potius Constantis: Publicus ac noster inimicus diversis immunitatem dederat, jugorum capitacionibus & professionibus amputatis. Jubemus ergo, ut omnibus omninò hæc privilegia denegentur. in l. 1. C. Theod. de*

de immunit. concess. Et Imp. Iuliani: omnes omninò, quicumque capitacionis indulgentiam immunitatemque meruerunt, non solum ex annonario titulo; verum etiam ex speciebus cæteris atq; largitionibus excepti sunt immunesq; erunt. Neque enim præstanda dividimus. Melius enim est munificentia compendium integrum competere, quam sæpius postulari. in l. 2. Cod. Theod. d. t. Et Imp. Honor. & Theodos. Antiquatis omnibus vel personalibus rescriptis, vel per annotationes elicitis possessores & reparationi publici aggeris, & cæteris ejusmodi muneribus pro jugorum numero vel capitum, quæ possidere noscuntur, adstringi cogantur. l. antiquatis. §. Cod. Theod. de itiner. muniend. fac. l. fin. C. de immunit. nem. conced. Add infr. th. 34.

XXII. (4.) Capitacionis quoddam genus erat *functio temonaria*, sive capitalis & temonis necessitas in l. maximarum. 12. circ. fin. C. de excusat. muner. Add. Gilken. ad l. placet. §. n. 16. & 17. C. de SS. Eccles. quando Senator, Honoratus, Principalis, decurio vel plebejus tyronem suo ac sociorū nomine ex agro ac domo propria offerebat, vel etiam pro temporum ratione & ararii inopia aurū, v. g. 36. solidos plus minus, præter sex solidos ipsi tyroni vestis ac sumtuum gratia præbendos. Qui aurum illud tyronicum exigebat, *Temonarius* dicebatur, qs. *Timonarius* ex Græco *Τιμωντής*, i. e. æstimator vel æstimationis exactor: *Capitularii* vel *Turmarii*, qui tyronibus exigendis & probandis intererant. Ipsi verò Tyrones eo anno, quo in numeros fuerint relati, constantesque permanserint, immunes propriis capitibus erant: completo autem quinquennio, si in Comitatenfes fuerint relati numeros, patris quoque & matris nec non & uxoris suæ capitacionem meritis suffragantibus excusabant; si verò in ripa, per cuneos auxiliaque fuissent constituti, cum proprio capite uxorem suam tantum præstabant immunem. Vid. l. tironum. 14. & seqq. C. Theod. de Tiron. ibiq; l. Gothofr. Veterani verò post emerita stipendia eodem modo suum & uxoris caput excusabant; si honestam missionem impetrassent, suum caput tantum excusatum habebant; si ex necessaria causa, beneficio fruebantur, quo imbecilli & debiles, qui censibus non dedicantur. l. Comitatenfes. 4. Cod. Theod. de Veteran. Gilken. ad d. l. §. num. 33. Cod. de SS. Eccles.

XXIII.

XXIII. *Census* propriè loquendo est descriptio solennis civium, quâ in tabulas publicas nomina eorum, ætates & bona referuntur, tributum imponendi ac definiendi causâ. *arg. l. 2. §. post deinde. 17. ff. de O. l. 2. & seqq. ff. de censib. l. census. 10. ff. de probat. l. liberto. 21. §. fin. ff. de ann. legat. l. 1. C. in quib. caus. pign. l. quæ quisque. 64. ff. de A. R. D.* Qualis à Servio Tullio primùm dicitur instituta; qui populum in 5. classes diremit. In primâ classe erant 18. centuriæ equitum ex opulentissimis, & 80. peditum, quorum census maximus, haud minor tamen centum minis, (sec. nostram monetam 1500. Imperial. *Vid. Corvin. in voc. sestertius.*) partim juniorum, qui primum locum in acie tenerent, partim senum, qui urbem custodirent. In secundâ classe erant, qui ad minimum 75. minas habebant, in viginti centurias divisi, partim juniorum, partim senum. In tertiâ totidem eorum, qui usque ad 50; uti & in quartâ, qui usque ad 25. minas possiderent. In quartâ 30. centuriæ, quindecim seniorum & totidem juniorum, qui minas 12. cum dimidiâ in bonis habebant, & cum fundis atque jaculis militabant extra ordines. Nam hi in quartâ classe ultimum in acie locum obtinebant, & scutis, hastis atque gladiis; qui in tertiâ demùm galeâ; in secundâ ocreis; in primâ clypeo, & loricâ utebantur. Quatuor inermes centuriæ, partim ad armorum & machinarum fabricam destinatæ, & secundæ classi, partim tubicinum & cornicum quartæ classi insertæ. Reliqui (*proletarii* dicti, quod non pecuniâ Rempubl. juvarent, sed proli operam darent; & *capite censi*, quod non ære, sed capite censerentur. *Hillig. in Donell. Enucl. lib. 6. cap. 7. lit. f. in med.* quorum illi 1500. æris (ferè 15. Imperial. cum dimid. *Vid. Corvin. d. l.*) in censum conferebant; horum verò extremus census æris 375. *Gellius lib. 16. cap. 10. Sigon. lib. 1. de antiq. jur. Civium Rom. cap. 4.*) qs. sextam classem constituentes, ob inopiam immunes à tributis & militiâ redditu, superarunt vel certè æquarunt priores 5. classibus comprehensos. *Vid. Dionys. Halicarn. lib. 4. post. pr. Antiq. Roman. P. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 3. cap. 4. num. 7. Dn. Feld. in Elem. jur. univers. part. 4. membr. 2. artic. 5. tit. de Comit. Curiat. pag. m. 796.*

XXIV. Interdum census ipsa bona significat, propter quæ tributum indicitur. *d. l. 21. §. fin. ibi: tributa pro censu ejus*

su ejus dependas, ff. de ann. legat. l. cogi. 16. pr. ff. ad SCt. Trebell. l. de creationibus. 27. vers. sin autem non talis. C. de Episcop. aud. interdum pensionem, sive canonem, nostris Zins und Gült. cap. prohibemus. 7. & seq. cap. gravis. 15. & passim X. de censib. C. I. A. tit. de censib. thes. 2. imò frequentius ipsum tributum. t. r. ff. & C. de censib. cap. pervenit. 4. X. de censib. l. vix certis. 53. ff. de judic. l. 1. C. de quastion. junct. l. 1. §. in causa. 20. ff. eod. l. 1. & r. t. C. sine censu vel reliq. fund. Vid. Lud. Molin. de l. & l. disp. 661. num. 2. Wesenbec. ad tit. de censib. num. 1. Franzk. de laudem. cap. 10. num. 9. & seqq. Gilken. ad l. placet. §. num. 22. C. de SS. Eccles. Et hæc significatio hujus loci esse videtur, ut sensus sit, plebem urbanam à capitatione suâ, non verò ab aliis tributis esse immunem: unde eadem lex nostra in C. Theod. sub tit. de censu est collocata: quanquam nihil impedit, quò minus commoda sit interpretatio, si verba sine censibus pro censuali formâ acceptemus. Vid. Azo in summ. ad h. l. n. Summa itaq; erit, plebem urbanam à Constantino M. immunitatem à capitationis suæ tributo adeptam fuisse: quod ut rectius appareat, nonnulla jam explicatiùs trademus.

XXV. Quæritur ergò (1.) An Imper. Constantinus M. verus autor hujus legis? Id quidem negat Iacob. Gothofred. Ait enim, hanc legem velut singularem admodum observandam. Primum in eo, quòd cum Cod. Iustinianéo unus tantum Constantinus A. inscribatur, hoc Codice (Theodosiano) duo Augusti huic legi inscribantur; ut maximè etiam solius Constantini nomen superiori legi inscribatur. Rectè enim duos Augustos huic legi inscribi idque de Constantino & Licinio accipiendum esse: quomodo & Cod. Iustinianéo nonnullæ aliæ leges utriusque nomina disertè præferant, putà l. placuit. 8. C. de judic. l. unic. C. de long. temp. præscript. l. 2. Cod. si ex plurib. tutor. l. pen. C. de liberal. caus. Atque ita quatuor Constitutiones occurrere, in Cod. Iustinianéo, quæ Constantini & Licinii nomina præferant; quibus hæc nostra quinta adjungenda sit: ita quidem, ut quemadmodum illæ omnes aut saltem tres (nam de l. 2. C. si ex plurib. tutor. ambigere se) ita & hæc propriè Licinio tribuenda sit: quandoquidem ad provincias Orientalis Imperii, quod Licinio cesserat, & quidem ad provincias Asianas pertineat, Cappadociam

C

nimi-



nimirum, Lyciam, Pamphyliam; adde & Achaiam, quæ hac tempestate nondum Constantino parebant. Sic sanè & apud *Eusebium lib. 10. cap. 5.* extare horum Imp. edictum pro Christianis, quod & ipsum Licinio magis tribuendum sit. Hæc *l. Gothofr. five Fil. ad l. 2. C. Theod. de censu vers. Est autem.*

XXVI. Verùm hæc tanti non sunt, ut nos à receptâ lectione dimoveant. Nam primò probabile non est, *Licinium* hanc immunitatem dedisse, qui innumeros etiam indictionum titulos adversus subditos excogitabat, & varias auri argentiq̃ue exactiones & terræ mensiones, exitialis denique lucri compendium ex rusticis, qui superstites ampliùs non essent, sed jam pridem obissent, colligebat; uti autor est *Eusebius in chron. lib. 10. cap. 8. add. supr. thes. 10.* At Constantini M. diversi mores, uti vidimus, qui ob hanc causam expeditionem contra *Licinium* molitus est, ut populum à tyrannide liberaret. *Id. d. l. cap. 9.* Ipse enim modestus atque abstinens fuit. *Sext. Aurel. Vict. de Casarib. in Constant. M.* ad exemplum Patris Constantii, qui divinis provincialium studiis fisci commoda non admodum affectabat, meliusq̃ue ducebat, publicas opes à privatis haberi, quàm intra unum claustrum reservari. *Eutrop. lib. X. Histor. Roman. in pr. Add. Euseb. in vit. Constant. M. lib. 1. cap. 16.*

XXVII. *Licinius* plurima innovare & vetustas Romanorum leges sapienter constitutas abolere, aliasq̃ue barbaras substituere voluisse, legitur quidem. *Euseb. d. cap. 8.* Hujusmodi verò commatis hæc nostra non est, sed plena prudentiæ & moderationis. Quin credibile est, quicquid à *Licinio* Imp. constitutum, ipsius *Const. M.* autoritate potissimum peractum fuisse; nulla enim ullibi solius *Licinii* voluntate lex lata esse monstratur; sed pauca utriusque, plurimæ solius *Constantini* nomen præferunt. *vid. supr. th. 5.* Vis enim Imperii magis apud ipsum, vix nomen apud *Licinium*: uti olim apud Prædecessores. Nam diviso inter *Diocletianum, Maximianum, Constantium & Galerianum* Imperio, reliqui *Valerium* sive *Diocletianum*, ut Parentem seu DEI magni suspiciebant modo, ait *Victor in Diocletian. & paulò post*: cujus nutu omnia gerebantur. Et *Eutropius* de *Maximiano*: *Diocletiano* in omnibus severioribus consiliis est obsecutus &c. & *mox*: *Diocletianus* autor fuit, ut in privatam vitam

vitam concederent &c. cui ægrè Collega obtemperavit. *lib. 9. Histor. Roman. circ. fin.*

XXVIII. Fuerit sanè administratio imperii inter Constantinum & Licinium divisa, ipsum tamen jus pro indiviso possessum. Quin, cùm Galerius Augustus Licinium ex consilio Diocletiani Cæsarem creâisset Augustum, in scio tamen Constantino, hic demùm Galerio mortuo data in uxorem sorore imperium dicitur Licinio communicâsse. *vid. supr. thes. 10.* Ab inscriptione nominum non licet firmiter statuere; multò minus à Consulatu Licinii; nam aliàs longè major pars LL. ipsum quoque autorem agnoscerent. *arg. l. 3. C. de iudic. l. pen. C. de advoc. fisc. l. maritus. 21. & seq. Cod. de procurat. l. fin. C. de dol. mal. l. ea, que. 5. C. de tempor. in integr. restit. l. 3. & seq. C. de dilat. l. cùm veterum. 15. Cod. de donat. ante nupt. l. 1. C. de bon. matern. l. 2. C. qua sit. long. consuet. l. un. C. de emend. serv. l. un. C. de his qui par. occid. l. 3. C. de malef. l. 2. C. de requir. reis. l. 2. C. de abolit. l. qui sententiam. 16. & seq. C. de poen. l. justas 6. C. de jur. fisci. l. 2. C. de bon. vac. l. un. C. si liberal. imperial. l. omnes. 4. C. de annon. l. 1. C. de exact. tribut. l. nemo. 14. C. de decur. l. 1. C. de fund. patrim. l. 3. C. de dignit. l. 2. C. de privileg. eorum &c. l. 1. C. de cohortal.*

XXIX. Illud vix fidem meretur, quasi Licinius edicti pro Christianis primarius habendus sit autor. Quid enim de illis senserit, docet oratio ad amicos habita paulò ante pugnam cum Constantino initam. Cùm enim illos in locum quendam deduxisset, ubi plurimæ erant statuæ lapideæ deorū, cereis accensis & sacrificio peracto: *Hi quidem, inquit, quos colimus & quos ab ultimis usque Majoribus colendos accepimus, dii sunt patrii, iste verò, qui adversarum nobis partium copias ducit, moribus institutisq; Majorum violatis, ad impiam nullos credentium deos opinionem descivit, peregrinum quendam nescio unde quæsitum temerè amplectens DEVM &c.* *Vid. Euseb. lib. 2. de vit. Constant. M. cap. 5. ubi ait, se orationem illam ab Amicis, qui interfuerunt accepisse. & cap. 15. addit: Victum postea alios investigavisse deos, utpote à prioribus in fraudem ductum. Neque memoriâ repetiisse, qua paulò ante de diis in concione dixisset: nec DEVM qui pro Constantino pugnasset (uti promi-*

miserat) agnoscere voluisse; sed multò plures & recentiores deos non sine risu ac ludibrio cepisse conquirere.

XXX. Q. (2.) An in h. l. n. Plebs Urbana, quæ Romæ est, vel alia quæcunque extra Provincias Lyciæ & Pamphylia à capitatione immunis esse jubeatur? Ita censet communis schola. Nam *Accursius* in voc. *Plebs Urbana*, notat: sc. Romæ per excellentiam, sicut in Orientalibus provinciis &c. pro quo est *Instit. de l. n. g. & civil. §. sed jus*. Item quia hæc lex mittitur ad *Eusebium*, Præfectum Urbis. Et tandem: Vel potest hæc lex loqui in plebe cujuslibet urbis per hoc, quòd dicit quoque. Item pro hoc est *infr. de omn. agr. desert. l. pen.* per hoc quòd dicit, *pro glebâ & sic non pro capite*. Item pro hoc *infr. Ne rustic. ad ull. obseq. l. i.* Item pro hoc *supr. tit. i. l. cum antea*. Item quia hæc rubr. generalis est, ut *supr. si cert. pet.* Hæc *Gl. sive Accursius ad h. l. n.* Quin summam L. N. comprehendit *Br.* eodem sensu: Cives Urbani seu Romani habitantes in urbe effugiunt onus capitationis. *ad h. l. n.* quanquam in seq. alios quoq; cives extēdat. Non multum abludivit *Lucas de Penna*: Cives cujuscunq; urbis secundum æquiorē sententiam ad præstandum tributum pro capitibus non tenentur. *ad h. l. n. in pr. & in voc. urbana.* Neq; aliter *Gothofr. Pat.* Capitationē plebs urbana non præstat. *ad h. l. n.* Neq; *Brunnemannus*: Plebs urbana à capitationis onere exempta. *ad h. l. n.* Neque *Iul. Pacius*: censu capitis sive capitatione plebs urbana liberatur, *ad tit. C. de act. emt. num. 9.* Et *Anton. Perezium*: Hinc colligunt Interpretes, non tantum cives utriusque Romæ, sed cujuscunque civitatis exemptos fuisse à capitatione. *ad h. l. n. n. 3.* Add. *C. I. A. ad tit. de censib. th. 6. Wesenbec. ibid. num. 3. in fin. P. Gregor. Tholosan. de Rep. lib. 3. cap. 5. n. 7. Klock. de arar. lib. 2. cap. 79. n. 28. & 35. Georg. Schönborn. lib. 4. Polit. cap. 19. in fin.*

XXXI. Contradicit *Cuiacius*, qui *ad h. l.* Ut in Orientalis provinciis, inquit, ita & in Lycia & Pamphylia, quæ Provincie sunt Asiæ dioceseos plebs urbana capitationem, i. e. censum capitis non præstat. *ap. Cest. h.* Cui quodammodò accedit *Gilkenius ad l. sacrosancta. 8. n. 2. C. de ss. Eccles. Hund. de capitat. thes. 45. vers. spectatur. & thes. fin. in med.* Plenius *I. Gothofredus* urbanam plebem, inquit, immunem esse à capitatione

tione seu censu jubet Imp. per Lyciam & Pamphyliam nominatim, duobus in id exemplis propositis, priore Provinciarum Orientis, intra quas hujus constitutionis tempore plebs urbana à censu immunis erat; item præjudicio Diocletiani Imp. sub quo eadem plebs per Lyciam & Pamphyliam immunis fuerat. *in comment. ad h. l. n. in pr.* Unde ad inscriptionem Legis V. P. addit, i. e. *Virum Perfectissimum. arg. l. cum reis. 18. Cod. de pœnis, de quo plenè tit. de perfectiss. dignit.* Error enim est *Accursii* manifestarius, qui urbis Præfectum interpretatur: & *Iohannis Baptistæ Vicecomitis*, Icti Mediolan. *in commentar. ad h. l. n.* qui *Virum Prætorium* accipit. Idem *in Not. ad h. l. n.*

XXXII. Enimverò Historia docet, Diocletianum parti Italiæ, (cùm antea omnis eadem functione moderataque regeretur) tributorum ingens malum imposuisse; quò exercitus atque Imp. qui semper & maximâ parte aderant, ali possent. Inducta itaque pensionibus lex nova, quæ illorum temporum modestia tolerabilis, in perniciem processit. Postea Maxentius, Maximiani F. cùm primus instituto pessimo Patres aratoresque pecuniam conferre prodigenti sibi coëgisset, sexto tyrannidis anno à Constantino M. devictus ac cæsus est, incredibili Senatus ac plebis lætitia. Hujus namque gratia tantò auctior erat, quòd ipse modestus atque abstinens esset. Solent namque humanæ mentes asperius offendi; si mutato rectore flagitioso ærumnarum vis maneat. *Vid. Sext. Aurel. Vict. de Cesarib. in Dioclet. & Constant. M.* Consentaneum itaque, Constantinum M. in solatium plebis seu inferiorum, utpote magis gravatorum. *arg. l. 1. C. de censib. capitacionis sarcinam sustulisse.* Cùm enim obtinuitatem patrimonii, censum rei seu patrimoniale tributum præstare non possent, ideo capita & personæ singulæ censebantur: quòd tanquam odiosum & nimis acerbum Imp. abrogavit. *Perez. ad. h. l. n. n. 1. in fin.*

XXXIII. Et licet ipse quoque *Guid. Pancirollus* notas istas V. P. per *virum perfectissimum* explicet. *ad Notit. utriusque Imper. d. cap. 123.* tamen communissima istorum siglorum interpretatio reclamat; neque novum est, diversa officia uni assignari. *arg. l. si quis. 20. C. de Episc. & Cler. l. sacri. 6. C. de divers. rescript. l. leges. 7. C. de LL. l. constitutiones. 12. C. de l. & F.*

*ignor. l. fin. C. de stat. & imagin. l. de ordinario. 4. C. de off. Pref. Prat. Or. l. 2. C. de off. Quæst. l. 3. C. de off. Mag. offic. Fac. l. fin. C. ut dignit. ord. serv. Et quis temerè affirmaverit, l. si à sponsa. 16. C. de donat. ante nupt. ad solos Hispanos; l. in criminali. 5. C. de jurisd. ad Gallos; d. l. 12. Cod. de l. & F. ignorant. ad Illyricos & Italos; l. universos. 15. C. de decur. ad Lucanos & Brutios; l. 3. C. de div. rescript. ad Phœnices; l. 1. C. ne sanct. baptis. iter. l. un. C. de his qui par. l. qui in contractibus. 8. C. de jur. fisc. l. 1. C. de perit. hered. l. qui sententiam. 16. C. de pœn. l. 1. C. de exact. tribut. l. si quis. 16. C. de decur. ad Africanos pertinere; quòd Vicario Hispaniarum, Præfecto Galliarum, Illyrici & Italiae, Correctori Lucaniae & Brutiorum, Præsidi Phœniciae, Vicariis & Proconsulibus Africae sint inscriptæ? Nam quin ex mente Imp. Justiniani *h. l. n.* ad omnes cives Romanos (exceptis iis, de quibus in *l. cum antea. 10. Cod. de agricol. & censit.*) pertineat, *Vid. Azo in Summ. ad h. l. n. & infr. th. 50.* neque ipse Jac. Gothofr. ambigit in *d. comment. ad h. l. n. in fin. pr. Add. supr. th. 40. & infr. thes. 49.* Magis autem falluntur, qui Constantinum M. capitationem penitus abrogasse putant, *Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 2. num. 663. Libenth. Colleg. Polit. exercit. ult. thes. 31. Speidel. in Observat. lit. H. num. 48. in voc. Hauptgeld. vers. Quamvis autem.**

XXXIV. Q. (3.) An ergò per capitationem hîc tributum capitis intelligitur. Ita omnes sentiunt. *Gloss. & Dd. ad h. l. n. vid. supr. thes. 20. & 30.* solus *Iac. Gothofredus*, ut & *Desid. Heraldus* diversum sentiunt. Vulgaris, inquit, illa sententia est, *h. l.* esse de capitis censu sive tributo capitis; quæ facillè concidet, ubi intellexerimus, capitationem, quæ eadem & jugatio; fuisse modum seu canonem, qui in censu publico à singulis præstandus erat, pro modo capitum seu jugorum, quæ quis possidebat. Capita enim esse possessiones & qs. sortes, quarum nomine tributa pendantur sive canon inferatur; atque exinde capitationem, quæ capitum nomine sive pro modo sortium præstari debuerit. *arg. l. 10. C. Theod. de agric. l. 15. & 33. C. Theod. de annon. & tribut.* Eo sensu exteris quoque Scriptoribus venire. *B. Hilarius ad Constantium A. Censum capitum remittis, quem Christus, ne scandalo esset, exolvit. & Eumenius in Panegy. Flavienf. nom. ad Constantium: septem millia capitum remisisti, quar-*

quartam amplius partem nostrorum censuum. Facere locum *Am-
mian. Marcellini. lib. 16. & 17. &c. E.* capitatio est modus col-
lationis pro jugerum seu capitum numero, non pro capite homi-
nis ut vulgò creditum, etiam Cujacio. Capita sunt majoris ali-
cujus momenti possessiones pariter ut juga &c. *Hec & plura lac.
Gothofr. in commentar. ad h. l. n. vers. videamus &c.* ubi in fine
juga putat dicta terræ modum, cui colendo per annum jugo bo-
um opus sit, sicuti jugum, eris; quantum in die jugo boum exer-
ceri potest.

XXXV. Sed vereor, ne illa quoque inania sint proflig-
andæ receptæ opinioni, uti ipse *I. Gothofredus* inania appellat,
quæ pro tuendâ illâ afferuntur. Etsi enim in *Cod. Theod. h. l. n.*
sub tit. *de censu est posita*; tamen & in *l. 3. ff. de censib.* de verâ
capitatione sermo est, & Justinianus separatim de utrisque agit;
& ipsa quoque rubrica & lex ostendit, capitationem à censu se-
parari. Fatetur *lac. Gothofredus* plebem urbanam, si modicum
fortè quid possideret jugorum sive capitum nomine, à capita-
tione immunem esse per *h. l. n.* non & Senatores inque dignita-
tibus constitutos, qui plerasque possessiones velut agrarii mer-
gi ad se traxerant & quotidie trahebant. *d. loc. circ. fin.* Si hæc ve-
ra sunt, quid opus erat immunitatem concedere plebi urbanæ,
si ob paupertatem censeri non poterat? Si possessionum penuria
immunitatis causa fuit, quare rusticana plebs à capitatione ex-
empta non erat. *arg. d. l. n. l. 1. C. Ne rustic. ad ull. ob seq.* Cùm-
que nemo, ne ætatis quidem ratione, à muneribus patrimo-
nialibus facile excusationem mereatur. *l. 1. & t. t. C. de muner.
patrim. P. Frid. Mindan. lib. 2. de Mandat. cap. 45. th. 16.* probabi-
le vix est, voluisse Imp. ab iis immunitatem concedere, si per ca-
pitationem realia munera sunt intelligenda.

XXXVI. Ita namque Imp. Valerianus & Valens, *in
virginitate ajunt perpetuâ viventes & eam viduam, de qua ipsa
maturitas polliceatur ætatis, nulli eam esse nupturam, à plebeia ca-
pitationis injuriâ vindicandas esse, decernimus: item pupillos in
virili sexu usque ad 20. annos ab istiusmodi functione immunes esse
debere; mulieres autem, donec virum unaquaque sortitur.* in *l. 4.
Cod. Theod. de censu.* Et alibi: *Nulla vidua, nemo pupillus in u-
troq; sexu, donec eos ingrediatur annos, qui jam tutoribus curato-
ribusve*

ribusvè publicis non egeat, exactionem plebis agnoscat. Simili autem devotione habeantur immunes, & si quæ se sacra legis obsequio perpetuo dedicârunt. in l. 6. C. Theod. d. t. de censu. Add. supr. thes. 22. Quæ leges vix alium sensum admittunt, quàm de tributo capitis: quod ideò plebeia capitatio vel plebis exactio dicitur, quia functio ista jam olim in plebe infimâ sive capite censitis, qui ob inopiam oneribus patrimonialibus obnoxii non erant, recepta esset; vid. supr. thes. 15. & 32. uti etiamnum pluribus in locis obtinet, ut cives pauperiores qs. capite censeantur & singulis, non habitâ bonorum ratione, sed capitum sive personarum, certa pensio, v. g. aureus annuatim imponatur. Vid. Dn. Hundius in disput. inaugural. de capitat. th. 39. circ. fin. Add. infr. th. 46. & seqq.

XXXVII. Neque negare audet l. Gothofr. d. l. 4. & 6. C. Theod. à plerisque Interpretibus de tributo capitis accipi. arg. l. 3. ff. de censibus. Add. supr. th. 20. sed solùm audacter affirmat, omninò utramque esse accipiendam de capitatione sive jugatione pro capitibus & jugis seu possessionibus, quòd nullum amplius illo ævo capitis seu pro capite libero tributum usurparetur. in comment. ad d. l. 4. C. Theod. de censu; quod ipsum est, de quo quæritur. Nescio enim an clarius argumentum contrà depromi queat, quàm ex constitutione eorundem Impp. in l. pictura. 4. C. Theod. de excus. artif. ibi: *picturae professores, si modò ingenui sunt, placuit neque sui capitis censione, neque uxorum aut etiam liberorum nomine tributis esse munificos &c.* Si enim ingenui jure communi à capitacione immunes, quid opus erat pictoribus ingenuis immunitatem istam largiri? Et facile quidem largimur, capitacionis vocem interdum pro functionibus possessionum accipi. vid. supr. th. 21. hîc verò id pernegamus; uti vel ipsa vox sua urgere videtur. Neque turbant loca ex aliis Autoribus adducta. Nam & illa pro nobis faciunt. Sannè vel verba Panegyri. paulò post sequentia: *Certè & tam liberi parentes suos cariores habent, & mariti conjuges non gravatè tuentur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum; quorum onera sibi remissa latantur &c.* Ita omnium pietas olim fessa respirat, & suos quemq; juvat numerare securū &c. perspicuè probant, collatum pro singulis personarum capitibus id tributum fuisse, de

de cuius remissione Constantino gratias agunt. *Vid. Klock. de e-
rar. lib. 20. cap. 79. n. 30.*

XXXVIII. Quo ipso etiam concidit *Heraldi lib. 1.
quotid. cap. 9. n. 13. & seqq.* opinio; quasi *h. l. n.* non tribuatur
plebi urbanæ, ut à capitatione immunis habeatur, sed ut eâ mo-
lestiâ liberetur, quæ possessoribus alioquin incumberebat, ut ex-
actam & collectam capitationem à colonis adscriptitiis ipsi fisco
solverent: quod his grave erat. Nobilibus & honestioribus non
item, qui in urbibus habitabant; quippe qui per actores &
procuratores in latifundiis suis capitationem illam facilè à sin-
gulis mancipiis colligere poterant. Non idem rusticanæ ple-
bi remissum: eam quippe capitationem suam deferre debuisse,
arg. l. 1. C. ut rustican. Ideoque clericos juberi *in l. Ecclesiis. 11.
C. de Episcop. & Cler.* in ea possessione vel vico ordinari, ubi res
suas possideant, ut propriæ capitationis onus & sarcinam agno-
scant, i. e. ut tributum terris suis impositum pro colonorum cen-
sitorum numero à colonis suis exigant, & fisco inferant: unde
se excusari potuissent, si in urbe vel etiam fortasse in alia pos-
sessione fuissent ad clerum promoti. Quæ omnia merum com-
mentum sunt, uti rectè censet *Gothofr. Fil. in commentar. ad h. l. n.
vers. Neq. nupera & c.*

XXXIX. Quibus positis ex *h. l. n.* colligitur (1.) capi-
tis tributum sive capitationem in specie acceptam illicitam non
esse. Etsi enim plurimi Dd. iniquissimum tributi genus id esse
censeant, quòd nulla bonorum ratio habeatur, sed sola capi-
tum. *Vid. supr. thes. 20. & infr. thes. 42.* tamen si quæ inæquali-
tas est, utilitate publica compensatur. Sanè quod ex lege divinâ
in populo Judaico. *Exod. 30. vers. 11. & seqq. Num. 3. vers. 47. &
seqq. 2. Reg. 12. v. 4. 2. Chron. 24. v. 6. & seqq. Nehem. 10. v.
32. P. Gregor. Tholosan. de Rep. lib. 3. cap. 5. num. 5. Althus. 1.
dicaolog. cap. 81. n. 60. Add. Bodin. de Rep. lib. 6. cap. 1. n. 623.
& infr. thes. 43.* & Romanis Imp. iisdemque Christianis usi-
tatum fuit, toto genere malum esse non potest. Certis perso-
nis immunitatem dari benevolentia est, uti vidimus. *vid. supr.
th. 22. 36. & seq.* Extremè pauperes ipsâ non habendi necessi-
tate excusantur. *l. cura. 4. §. penult. ff. de muner. l. nam is. 6. ff.
de dol. mal. cap. olim. 16. X. de restitut. spoliat. can. Daibertum. 24.*
D
caus.

caus. 1. quest. 7. Hinc meritò conqueritur *Salvianus*: cùm possessio ab his recesserit, *capitatio* non recedit, proprietatibus carent & vectigalibus obruuntur. *de gubernat. DEI lib. 5. in med. vid. infr. thes. 43.* Ante *Servium Regem* apud Romanos census in capita conferri, & æquè divites ac pauperes hoc onere premi solitos tradit *Klock, d. l. n. 20.* Innuere id videtur *Dionys. Halicarn. in Orat. Servii ad Populum.* ibi: ut autem tributa, quæ in ærarium conferuntur, ob quæ pauperes gravantur & coguntur scœnore pecunias sumere, leviùs in posterum feratis, volo omnium bona censeri & unumquemque pro censu facultatum suarum portionem conferre, quemadmodum in maximis optimèq; institutis civitatibus fieri audio. Justum autem & Reipubl. utile hoc ipsum existimo, ut qui multa possident, multa conferant; qui verò tenuibus sunt facultatibus, pauca. *lib. 4. Antiquit. Roman. n. 2. post pr.*

XL. Popularis quidem illa oratio, sed quæ maximè Patres offendit ipsiq; *Servio* tandem exitium attulit. Unde successor & gener infelix, *Tarquinius Superbus* tributa illa, quæ ex censu ferebantur sustulit, & pristinum morem in *Remp.* renovavit; & quoties illi pecunia opus erat, tantum pauperrimus quisque, quantum dives conferebat; atque in prima quidem collatione viritum decem drachmas. *Id. d. l. n. 6.* Ejectis Regibus ordinarium paulò post juxta censum cujuslibet tributum iterum exigì consuevit. *Sigon. de antiq. jur. civ. Roman. lib. 1. cap. 16. circ. pr.* *Capitatio* tamen in certis personis, v. g. recens natis, togam virilem sumentibus, imò morituris mansit. *Bodin. lib. 6. de Rep. cap. 1. num. 624.* Extra ordinem quoque nonnunquam indicta est. *vid. Lamprid. in vit. Alexandri Severi n. 39. & ibi Salmas. in verb. quùm ad tertiam. Lipsius de magnit. urb. Rom. lib. 2. cap. 3. ubi & censum ab Augusto per Orbem Romanum institutum fuisse capitæ suspicatur.* & quidem in singula capita didrachmum, 4. bacios seu 8. sestertios. *Klock, de arar. lib. 2. cap. 79. n. 3.* Elegans locus apud *Tertullianum*: sed enim agri tributo onusti viliores; hominum capita stipendio censa ignobiliora. Nam hæc sunt notæ captivitatis &c. *in Apologet. advers. gentes cap. 13.* Unde & hodiè inter extraordinaria munera non immeritò *Dd.* referunt. *arg. l. 1. C. de fund. patrim. l. rescripto. 6.*

§. mu-

§. munera. 4. ff. de muner. & honor. Klock. de contribut. cap. 17. num. 167. & de arar. lib. 1. cap. 2. n. 25. & seqq. & d. cap. 79. n. 40. Perez. ad h. l. n. n. 3. Althus. Polit. cap. 13. n. 9. & lib. 1. diceolog. cap. 81. n. 60. Speidel. in Observat. lit. H. num. 48. in voc. Hauptgeld. vers. Erat itaq. quanquam capitationem animalium inter ordinaria referat Alciat. in l. 8. n. 1. C. de SS. Eccles. Add. infr. thes. 53. Non tam res vitium habet, quam usus immoderatus. Multa, ait *Casar.* (ubi de L. Scipione Duce Pompejano agit) generatim ad avaritiam excogitabantur, in capita singula servorum ac liberorum imponebatur tributum; columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vesturæ imperabantur; cujusmodi rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur. Non solum urbibus, sed pænè vicis castellisque singulis cum imperio præficiabantur; qui horum quid acerbissimè crudelissimèque fecerat, is & vir & civis optimus habebatur. Erat plena licitorum & imperiorum provincia, conferta præfectis atque exactoribus, qui præter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio inserviebant. Dictabant enim, se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus, ut honesta præscriptione rem turpissimam tegerent &c. lib. 3. de bell. civil. in med.

XLI. Moderata aliàs Romanorum in Ital. provinciis tributa. Solvebant enim in singulos annos ex arbutis partem §. proventuum, frugum verò decimam. Et gregibus quoque indictum vectigal erat tam minoris, quam majoris pecoris. *Appian. de bell. civil. lib. 1. circ. pr. Add. infr. th. 49.* Capitationis quantitas singulis annis pro mare erat integer aureus, pro fœmina dimidius. *Gloss. ad. rubr. C. de annon. & tribut. Everb. Speckhan. in synoptic. exeges. tur. Casar. ad tit. C. de annon. & tribut. Klock. de arar. d. cap. 79. n. 37.* & quidem masculi à 14. anno, fœmina à 12. usque ad 65. censum illum solvebant. *arg. l. 3. ff. de censib. Perez. ad h. l. n. n. 1. in fin. & ad d. r. de annon. & tribut. num. 37.* Provinciales reliqui magis affligebantur. vid. *Ciceron. lib. 5. ad Attic. epist. 16. Car. Sigon. de antiq. jur. provincial. lib. 1. cap. 1. vers. Tributum autem & cap. 21. Hund. de capitat. th. 47.* & in primis, qui diutiùs restiterant: unde *Judæis* graviora ait, tributa & quidem in singula capita esse imposita, *Appianus de bell. Sy-*



riac. post med. Vespasianus singulis Judæis, ubicunque locorum degerent, duas drachmas quotannis exegit, quas antea Hierosolymorum templo pendebant. *Ioseph. de bell. Iudaic. lib. 7. cap. 27.* Ægyptus plus singulis mensibus dabat, quàm Judæi toto anno; quippe quæ septingentas & quinquaginta myriades hominum tum habebat, (præter Alexandrinos, qui ipsi ad centena aliquot millia) uti ex tributo, quod in capita singuli numerabant, constitisse docet Agrippa *ap. Ioseph. d. l. lib. 2. cap. 28. post med. Lips. d. cap. 3.* Gallia quondam stipendiaria pro singulis capitibus 25 aureos solvit, quos Julianus Imper. ad septem redegit. *Ammian. Marell. lib. 16. Klock. de arar. d. lib. 2. cap. 79. n. 25.* Turcis hodiernum capitatio contra Christianos familiaris. *Schönborner. lib. 4. Polit. cap. 19. in fin.* quippe pro singulis capitibus Sultanium sive aureum Ungaricum numerari coguntur, ubi 14. ætatis annum attigerunt. *Klock. d. l. lib. 1. cap. 5. n. 13. & d. cap. 79. n. 42. Perez. ad h. l. n. n. 3. Speidel. in Observ. lit. T. n. 70. in voc. Tribut.* uti ipse Imp. pro occisorum capitibus aureum præmii loco suis præstat. *Phil. Comin. de bell. Neapol. lib. 3. post. med.* Judæi quoque in singula capita mascula singulos Zequinos solvunt; ipsi verò Turcæ singuli 15. aspros, (quorum 50. coronatum constituunt. *Busbeq. rer. Turcic. ep. 1. pag. m. 28.*) quasi ex liberalitate; nam per L. Mahumetanam à tributis immunes sunt. *Klock. d. c. 5. n. 14. & seq.*

XLII. Quid ergò? Caputum atque ostiorum exactio-
nem acerbissimam appellat *Cic. lib. 3. epist. 8. post. pr.* Et *Lipsius*
iniquum putat, si uniforme tributum in omnia capita inducatur,
lib. 2. de admir. urb. Rom. cap. 3. in pr. Et ipse *Klockius* servitu-
tem durissimam & iniquissimam vocat, ut tantum pauperrimus
quisque, quantum dives conferat. *d. cap. 79. n. 42. & seqq. Bodinus,*
à tyrannis inventam dicit & hodie inusitatam esse. *lib. 6. de Rep. cap. 2. n. 663. Add. Platin. in vit. Stephani II. circ. pr. Carol. Sigon. lib. 3. de regn. Ital. ad ann. 752. Ioh. Ruremund. in Mammon. sive Schlüssel des Reichthums. cap. fin. Klock. d. l. lib. 1. cap. 14. n. 54. Speidel. in Observat. lit. H. n. 48. in voc. Hauptgeld. vers. ac notandum &c. & vers. pen. Knipschild. de Iur. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 17. num. 83. in fin.* Unde Dantisani acriter
obstitere contra Polonos, ne reciperetur. *Diar. Europ. part. 9.*

ad

ad ann. 1662. ad $\frac{1}{2}$. Iunii & ad $\frac{1}{2}$. Novemb. *Theatr. Europ. part. 9. ad d. ann. pag. 625.* ut & Hungari, *Diar. Europ. part. 25. ad ann. 1671. ad d. $\frac{1}{4}$. Decemb.* Neque defuere, qui de Statibus Imperii, cum capitationem superioribus turbis indicerent, pessima quæque judicarent & miris modis exagitarent, veluti rem novam & tyrannidi proximam. *Vid. Hund. de capitat. thes. 47. in fin.* Non malè tamen concludit tandem *Klockius*, modum hunc à ratione naturali & civili alienum non videri, modò adhibeatur justitiæ ac prudentiæ moderamen, & tempore necessitatis definiatur: aded ut non tantum filii filiaque familiæ pro capite redimendi sint, verum servi ministri, ancillæ, item bajuli *Taglöhner* / opifices *Handwercks, Gesellen* / qui nihil ferè in bonis possident, sed quotidie victum manu quæritant; item interdum Sacerdotes *die Geistlichen* / causa urgente, qui aliàs immunitate gaudent. *d. cap. 79. n. 41. & 36. Add. Perez. ad h. l. n. n. 3. Hund. d. l. th. 48. ubi ad contraria responder.*

XLIII. Moderamen illud servabitur *ex l. solent. 6. § 3. de off. Procons. (1.)* si non omni tempore (nam extraordinarium debet esse munus, *supr. th. 40.*) (2.) neque ab omnibus; nam impuberes & seniores aliique immunitatem habeant. *arg. l. 3. ff. de censib. Lips. d. l. add. supr. th. 22. 36. & seq. imò, plebs promiscua, quæ vix se sustentare potest. arg. l. h. n. & l. cura. 4. § 2. ff. de muner. cap. licet. 4. X. de censib. Gail. de arrest. cap. 9. n. 20. Heig. 1. q. 18. n. 32. & seqq. vid. supr. th. 39. & infr. th. 46.* (3.) neq; nimium exigatur, vel penitus uniformiter. Nam v. g. patresfamilias & domini numerent pro liberis vel familiâ, ex quâ lucrû sentiunt. *Add. thes. seq. in pauperioribus per binos vel ternos viros, mulieres verò quaternas unius capitis norma censâ esto. arg. l. cum autem. 10. C. de agric. & censit. vel inopum sarcinam sustineant ditiores.* Nam cum singuli judæorum tam fœminæ, quàm masculi, tam minores, quàm adulti indistinctè Imperatori noviter electo aureû præstare teneantur, *Krohnsteur*; & annuatim quoq; aureum in festo Incarnationis Domini, *Dyffer-Pfenning*; pro egenis locupletiores vectigal hoc capitarium pendere coguntur. *R. l. de anno 1512. §. Item. 32. ibi: Ein jegliche Juden-Person / sie sey jung oder alt / soll geben einen halben Gulden / und der*



Reich dem Armen in solchem zu statten kommen. *Fac. R. I. Spir. de anno 1642. §. Item die Juden. 73. Gul. Roding. in Pand. Cameral. lib. 4. tit. 17. vers. Tertio & Secundo.* Ipse Servator noster ne aliis offendiculo esset, tributum capitis solvit. *Matth. 17. vers. 24. & seqq. Lud. Molin. de l. & l. disput. 661. n. 3. in med. supr. thes. 39. & capitationis quoddam genus est, quo singuli Presbyteri Episcopis cathedraticum 2. solidorum prestare coguntur. can. 1. can. 4. & seqq. caus. 10. q. 3. cap. conquerente. 16. X. de offic. Iudic. Ordinar.*

XLIV. Fuit quondam, ubi mixtum qd. collectarum genus tum ratione bonorum tum ratione personarum indictum, uti moderatum & æquum in imperio per aliquod annos colligi placuit. Nam ex Laicis, qui 50. aureos vel minus in bonis non habebat, tertiam partem denarii in auro sive sexagesimam aurei prestabant, liberi tamen in familia parentum adhuc existentes, immunes erant. At, qui

habebant in bonis	solvebant pro ca-	pro liberorum, qui 12. an-
aureos	pite suo	norum erant, capite,
50 usq; ad 100	-- 2. partes denarii.	3. part. den.
100 --- 400	-- integrum denarium.	2/3 denarii.
400 ---- 1000	-- 2. denar.	2/3 denarii.
1000 ---- 1500	-- 4. denar.	1. denar.
1500 ---- 2000	-- 1/4. aurei floren.	2. denar.
2000 ---- 4000	-- 1/2. aurei	3. denar.
4000 --- 10000	-- 1. aureum.	1/2. aur.
10000 --- 20000	-- 1 1/2 aur.	1/4. aur.
20000 --- 40000 & c.	-- 3. aur.	1/2. aur.

Qui autem decem millia florenorum habebant, pro liberis nondum emancipatis absque ætatis prærogativa capitationem numerabant; emancipati enim, ut & qui bona habebant, proprium onus ferre tenebantur. Qui ultra 1500. florenos possidebant, etiam pro conjugibus indictionem prestabant. Famuli autem & ancillæ indiscriminatim singuli denarium in auro solvebant. *Vid. d. R. I. Colon. de anno 1512. §. und damit. 13. & seqq. ubi quoq; de clericorum, urbium, collegiorum pro redituum diversis-*

veritate censu & qs. capitatione agitur. *Add. Königl. Saß. von dem gemeinen Pfennig. de anno 1495. Ord. des Regiments. de anno 1500. tit. von Soldnern. Add. supr. th. 23.*

XLV. Postez in triennium constitutum, ut singuli absq; sexus & divitiarum discrimine, qui ad S.S. Synaxin admitti deberent, pro expeditione Turcicâ decimam partē aurei Rhenani solverent annuatim *R. I. de 1518. §. und nämlich. Et quanquā in R. I. Spir. de anno 1542. §. und wiewohl derhalb. 50. & seqq. de anno 1544. §. als aber wir. 6. & seqq.* capitationis non aded, pensitationis tamen juxta æs & libram sive communem denarium, nach dem gemeinen Pfennig/mentio facta & illa collectâdi ratio sæpius iterū à Legatis Casareis aliisq; Statibus in Comitiiis 1576. 1603. 1641. commendata; tamen illa juxta matriculam Imperii & taxam expeditionis sive auxilii Romani Statibus magis arrisit, & hæcenus continuo tractu observata est; ex hoc præcipuo, uti creditur, argumento, ne manifestum fiat, quæ cujusque Status facultates sint. *Vid. Carpzov. ad L. Reg. German. cap. 8. sect. 5. n. 16. & seqq. Limn. in I. P. lib. 4. cap. 7. num. 54. ibiq; in Addit. I. pag. 443. & seqq. Speidel. in observat. lit. G. num. 64. in voc. gemein Pfennig.* Durum namque & inhumanum est, publicatione pompaque rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem & invidiæ exponere divitias *l. 2. in med. pr. Cod. qn. & quib. quart. pars. l. fin. Cod. de alim. pupillo præstand.* Unde non malè concludit *Hundius*, pro habitu quidem facultatum & ex censu modum conferendi omnium esse æquissimum, sed illius ineundi & difficultatem & innumera alia, quæ rem circumstant, in comoda si quis consideret, facilè invenire, sæpius ab illa normâ esse deflectendum. *in disp. de capitat. th. 48.*

XLVI. Etsi itaque capitatio ultra centum annos in comitiis Imperii ob dictas quoque rationes recepta non est, alibi tamen in provinciis æquè atque apud externos inter extraordinarias collectas sæpè refertur. *Klock. de arar. lib. 2. cap. 79. n. 36. Perez. ad h. l. n. 3. Add. supr. thes. 36. in fin. Dn. Myler. de Princip. & Stat. Imperii part. 2. cap. 62. thes. 6.* In Belgii confœderati terris exigente necessitate censio capitum ita peragitur, ut uniuscujusque capitis nomine florenus in ærarium inferatur. Quibus pudori non est, extremam paupertatem apud Censores
profi-

profiteri, immunes sunt. *Boxhorn. de Stat. Fœd. Belg. cap. 12. n. 5.*
Klock. de arar. lib. 1. cap. 14. num. 54. pro famulis heri totidem
 solvunt. *Id. ibid. n. 79.* *Boxhorn. d. l. num. 36.* In Misniâ & Thu-
 ringiâ *Klockius* capitalem quoque necessitatem inter alia onera
 plura recenset; ibi: *Hauptsteuer / von jedem Menschen / so über*
15. unter 70. Jahren / monatlich 1. gr. 9. pfer. d. lib. 2. cap. 78.
n. 9. His ipsis turbis, quanquam accerrimè resistantibus Am-
 stelodamensibus, tamen per aliquot annos in Batavia admissum
 fuit capitis tributum; uti quoque in Polonia contra Turcas, sin-
 gulis mercatorum ad 30. florenos numerantibus, sicut Relatio-
 nes publicæ docuerunt. Non ita pridem in Ducatu B. H. capita-
 tio instituta, qua civibus nonnullis XX. plus minus Imperiales
 indicti. In Angliâ pro 400000. libr. sterling. capitatio collecta.
Theatr. Europ. part. IX. ad annum 1660. pag. 124. Ut & in Episco-
 patu Monasteriensi pro 200000. Imperialib. *Diar. Europ. part.*
XXIII. ad annum 1671. Mens. Mart. pag. 437. De censu capi-
 tis, qui in Hispaniâ solvitur, *vid. Lud. Molin. disput. 661. n. 6.*
Klock. d. l. 1. cap. 6. n. 97. In Italiâ olim rustici pro capite sol-
 vebant 26. denarios, attestante *Gloss. in l. ager. 27. §. 1. ff. de V.*
S. Klock. d. l. cap. 4. num. 69. Judæi M. Duci Florentiæ 2. ducat.
 Senis $1\frac{1}{2}$. Pisis parùm per singulos annos præstant. *Anonym. de*
Princip. Ital. tit. de Opib. M. Hetrur. D. p. m. 253.

XLVII. In Dania capitatio ita fieri consuevit, ut Nobi-
 les, Consules civitatum & ditiores numerent 4. Imperiales, to-
 tidemque eorum conjuges; liberi verò quartam partem, famuli
 tertiam; cives autem promiscuè 2. Imperiales aut minùs; rusti-
 ci tantum 4. solidos. *Theatr. Europ. part. IX. ad annum 1660.*
pag. 98. *Diar. Europ. part. XXV. ad ann. 1671. mens. Decembr.*
pag. 557. In Sueciâ quilibet 14. annis major, dimidium Impe-
 riales solvit, exceptis tamen Nobilibus & eorum ministris; uti
 quoque Ecclesiasticis eorumque Uxoribus. *Theatr. Europ. part.*
IX. ad ann. 1662. pag. 649. *Add. Klock. de arar. lib. 1. cap. 9. num.*
36. & 42. In Galliâ moderatior quædam capitatio introducta.
 Nam singula jugera 5. solidos, singuli vici 60. florenos; Abba-
 tiæ 20. Canonici 7. Prælati 20. arces Nobilium 7. coronatos;
 singuli Clerici 5. exactores 7. Conventus cujuscunque sexus 22.
 præfecti 10. florenos; Collegia Jesuitarum 150. singulæ do-
 mus

mus ad minimum 1. aliæ 3. ampliores 4. coronatos pendere iussæ sunt. *Diar. Europ. part. XXV. ad ann. 1672. Mens. Mart. pag. 692.* Qualis capitatio olim in peregrinis usitata ad morem Atheniensium, docet P. Gregor. *Tholosan. de Rep. lib. 4. cap. 4. n. 23.*

XLVIII. (2.) Ex *h. l. n.* liquet, cum Constantinus M. & Diocletianus à capitatione immunitatem concesserint, neminem nisi summa potestate præditum, capitacionem indicere posse. *arg. l. nihil. 35. de R. l. l. quamvis. 46. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. nemo. 37. ff. de R. l. l. 3. ff. de re jud. l. solent. 6. in pr. ff. de offic. Procons. junct. l. fin. pr. ibiq. Gothofr. C. de annon. & tribut. Besold. de arar. cap. 4. thes. 20. num. 2. vel qui ex mandato illius aut immemoriali consuetudine hanc potestatem nactus sit, arg. cap. super. 26. vers. prætere a. X. de V. S. cap. innovamus. 10. X. de censib. l. un. C. de superind. Brunnem. ad *h. l. n.* Everb. Speckhan. in Synopt. Exeges. Iur. Cæsar. ad tit. C. de superind. Heig. part. 1. quest. illustr. 18. n. 1. Et hoc jus jam olim Imp. Friderico I. ICti Bononienses inter alia regalia aperte quoq; adjudicasse dicuntur. *Radevic. de gestis Frider. I. lib. 2. cap. 5. Car. Sigon. lib. 12. de regn. Ital. circ. fin.* quanquã hodie in imperio Imp. cum Principibus & Statibus censum capitis indicat. *vid. supr. th. 44. & seqq. Reink. de regim. secul. lib. 2. class. 3. cap. 4. n. 8.* uti Principes & Status in suis territoriis, ubi jura superioritatis exercent. *Reink. d. l. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 127. & seq. Klock. de contribut. cap. 5. n. 117. Dn. Myler. de Princip. & Stat. Imperii part. 2. cap. 62. n. 2.* Nam sicuti solvere hujusmodi collectas, subjectionem arguit. *cap. 2. X. de censib. Roman. 13. vers. 5. & seq. Ita indicere, symbolum est sublimioris domini ac eminentiæ, arg. l. nulli. 28. §. quod si. 4. C. de Episc. & Cler. Besold. de Arar. cap. 1. th. 6. in med. Lud. Molin. disp. 661. n. 3. circ. fin. & n. 6. & disput. 666 n. 1. Heig. d. l. quest. 17. n. 8.* quod & de illis muneribus patrimonialibus, quæ quidem sumptu personæ, nulla tamen patrimonii contemplatione imponuntur, uti est census, qui solvitur per capita; tradit *Gail. 2. obs. 53. n. 2. in fin. Reink. d. cap. 4. n. 139.* Unde constat, forenses sive extraneos capitacioni obnoxios non esse. *P. Frider. Mind. lib. 2. de mandat. cap. 45. n. 10. C. I. A. ad rit. de censib. sub rubr. de collectis, th. 7. Azo & Perez. ad h. l. n. Knipschild. de jur. civit. Imperial. lib. 2. cap. 17. n. 54. Myns. cent. 5. obs. 22. n. 4. Grav. lib. 2. conclus. 52. n. 13. & seqq. Besold. d. l. cap. 5. th. 3. & seqq. nisi quis consuetudine vel præscriptione id juris in forenses acquisiverit. arg. l. 1. §. 2. l.**

E

fin.

fin. §. præterea. 25. ff. de muner. & honor. l. un. C. de aur. coronar. l. missi. 7. circ. pr. C. de exact. tribut. l. si publicanus. 4. in fin. ff. de publ. & vectigal. Gail. d. l. obs. § 2. n. 16. ibiq; Grav. n. 15. & seqq. C. l. A. d. l. th. 9. in fin. Add. Matth. 17. vers. 24. & seqq. Molin. disp. 669. n. 3.

XLIX. (3.) Qui à capitatatione hâc immunes sint, à reliquâ capitatatione exemptionem non habere. arg. *h. l. n. ibi: pro capitatatione suâ. fac. l. fin. §. divus. 7. ff. de censib. Nov. 17. cap. 1.* Verba namque privilegiorum strictè accipienda, ut quàm minimum recedant à jure communi, Unde quamvis in plebe rusticana eadem sit inopiæ ratio, tamen immunitas illa concessa non est. arg. *l. 1. Cod. Ne rustic. ad ull. obseq. Azo in summ. ad h. l. n. nisi in specie colonis Thracensibus. l. un. C. de colon. Thrac.* quòd ipsa provincia cælum habeat asperum & solum infœcundum. *Brunnem. ibid. n. 2. & Ecclesiæ Thessalonicensis. arg. l. pen. C. de annon. & tribut. l. sacrosancta. 8. C. de SS. Eccles. Glos. & Brunnem. ad h. l. n.* Addunt alii colonos Illyricos. arg. *l. un. C. de colon. Illyr. ut & metrocomitas, arg. l. pen. C. de exact. tribut. Gothofred. ad h. l. n. & ad l. 1. C. ne rustic. ad ull. obseq. C. l. A. ad tit. de censib. thes. 6. Brunnem. ad l. un. C. de colon. Illyr. Dn. Sprenger. in Instit. Jur. Publ. lib. 2. cap. 20. sed textus hoc non habent. Neque obstat ratio Brunnemanni, quòd in Illyrico solum sit alibi paludosum, alibi saxis & rupibus horreat. Nam privilegia non facilè ab uno ad alium casum extendenda; uti ipse docet *ad l. unic. C. de colon. Thrac. in fin.* Neque immunitas (quæ aliàs odiosa *t. t. C. de immun. nem. conced. Besold. de erar. cap. 4. thes. 20. num. 2.*) absque apertâ probatione datur. *l. immunitates. 9. C. de agric. & censit. Azo ad h. l. n. neque ab ordinariis extenditur ad extraordinaria onera. arg. l. scio. 10. §. 1. de ann. leg. ibiq; Brunnem. Myns. centur. 4. observ. 70. num. 2. & seqq. P. Ærod. rer. judicat. lib. 10. tit. 14. cap. 1.* Ergò nec tempore Constantini, ubi capitatio humana videbatur ad ordinarias collectas pertinere, plebs urbana à capitatatione terrena vel animalium libera fuit. *vid. supr. thes. 41.* Nam & aliquando apud Græcos Imp. obtinuit tributum, per quod non solum quilibet mendicus, meretrix, repudiata, libertus, servus singuli nummum argenteum, sed totidem equus, bos & mulus pendebant; asinus autem & canis obolos sex. *P. Gregor. Tholos. lib. 3. de Republ. cap. §. n. 9. Althus. Politic. cap. 12. n. 18.* Quare qui à capitatatione, quæ
sing-*

singulis imponitur, immunis est, minimè immunis erit à capitazione animalium vel humanâ, quæ v. g. mendico vel meretrici imposita est; vel homini proprio, uti passim in Germaniâ receptum, ut munera personalia quotannis, *Leibsteu* / s. 20. vel 30. asses dominis suis pensitent. *Klock. de contribut. cap. 1. num. 250.* *Burgold. in Notit. Imp. part. 1. discurs. 26. membr. 2. n. 10.*

L. (4.) Nigrum ampliari per rubrum, & non solum plebem urbanam, sed quoscunque cives à capitatione esse immunes. *arg. rubr. h. l. n. Glos. & Dd. ad h. l. n. Add. Alciat in Paradox. lib. 2. cap. 18. & supr. th. 33.* Nam juxta regulam Dd. quando rubrum habet orationem perfectam & est generalius nigro, tunc rubrum non restringitur per nigrum, sed potius extenditur nigrum per rubrum. *Salic. ad l. 1. ff. de reb. cred. vel si cert. pet. n. 16.* Uti contrà, si nigrum est generalius, uti plerunque, rubrum verò speciale, pariter rubrica extensionem admittit. *Gloss. ad Nov. 12. cap. 1. in voc. illicitas. Panormit. in Proem. X. n. 8. Everhard. in Loc. Legal. 92. num. 11. & seq.* Omnes enim rubricæ præcipientes aliquid fieri, vel prohibentes non fieri, etiamsi non incipiant per *Ut* vel *Ne*, possunt allegari, ut textus. *Glos. in rubr. ff. si quis testam. liber esse iussus &c. Bl. in rubr. C. an servus ex suo facto. Hostiens. in summâ ad rubr. Ut Ecclesiast. benefic. 3. 12. Felin. in rubr. X. ut lit. non contestat.* quippe quæ authenticae sunt, uti ipsæ constitutiones. *arg. cap. 1. X. Ne sed. vacant. cap. un. ut Eceles. benefic. l. 1. ff. quod quisq; jur. in alter. can. hac autem. 17. dist. 1. de poenit. Glos. in Proem. Sext. Decretal. in voc. titulis.* Quod procedit in rubricis LL. Decretalium, Sexti & Clementinarum; minimè verò in rubricis Decreti. Nam hæ non sunt authenticae; imò sæpe falsæ. *Gl. in rubr. can. charta. 19. caus. 3. quest. 9. Ioh. Andr. in d. Proem. in 6. Panormit. d. n. 8. Everhard. d. l. n. 10.*

L. I. (5.) Solere Principes, quantum fieri potest, in subditis æqualitatem in exigendis tributis observare. *arg. h. l. n. ibi: sicuti in Orientalibus &c.* Iniquum enim putabat Constantinus M. si in provinciis Orientalibus capitatio in plebe urbana quiesceret, eandem durare in civitatibus imperii Occidentalis. Et quanquam potior in istis ratio eximendi, quòd majoribus ut plurimum oneribus premerentur, tamen h. meritorum causa prævalere poterat. Quare ex diversis argumentis eadem immuni-

tate fruebantur, laudabili in Principes exemplo, ut quocunque modo caveant ex æquo onera imponere, quo nihil ad concordia & pacis firmamentum conducibilius est. *Ærod. rer. jud. lib. 10. tit. 20. cap. 1.* Sanè Cicero in Q. fratre, Asia Procons. impensè laudat, quòd effecerit, ut sumtus & tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolunt, tolerarentur æquabiliter. *in epist. 1. post pr. ad Q. Fratr. Gothofred. ad l. 1. C. de de censib.* Ubi inæqualitas, ibi livor obrepit & invidia, aded ut subditi pari dolore aliena commoda ac suas injurias metiantur. Ferre, quam sortem patiuntur omnes, Nemo recusat. *Besold. de erar. cap. 4. thes. 20.* Hinc officium Peræquatorum, ut inspectis prædiis census æquabili ratione imponerent aut emendarent. *Gothofred. in l. qui gravatos. §. C. d. t. de censib. & censitor. Besold. d. th. 20. num. 2. circ. fin. C. l. A. ad tit. de censib. in rubr. de collect. thes. pen.* quanquam per collusionem sapè & negligentiam officio suo deerant, ut aded necessum fuerit, gravissimis pœnis eosdem coërcere. *d. l. §. & seq. de censib. & perpetua etiamnum querela, exactionem minùs odiosam esse quàm exactorem, Besold. d. thes. 20. n. 1. Klock. de contribut. cap. 18. n. 293. & seqq.*

LII. (6.) Posse tributorum exactores coram ordinario Magistratu eos convenire, qui capitationibus exempti non sunt. *arg. h. l. n. ibi. conveniatur. Fac. l. 1. C. de exact. tribut. ibiq. Gothofred. & quidem imploratione nobilis officii Judicis. arg. l. 3. C. de Episcop. & Cleric.* quanquam etiam pro diversitate circumstantiarum etiam aliis remediis collectæ peti possint; de quibus *Rutger. Ruland. de commissar. part. 3. lib. 3. cap. 8. C. l. A. d. l. thes. fin. Klock. de contribut. cap. 19. per tot. & imprimis n. 80. & seqq. Add. Myns. cent. 3. observ. 34.* Quod intelligendum, ubi res non aded clara sed incerta. *arg. l. prohibitum. §. l. defensionis. 7. C. de jur. fisci. l. 3. vers. Rationalis. C. de conven. fisc. debitor. Klock. d. l. cap. 18. n. 26. & seqq. Add. Bl. in consil. 434. vol. 3. in pr. Quemadmodum & is, qui exemptionem habet, actione utili negatoriâ se contra exactorem tueri potest. C. l. A. d. th. fin. mandata inhibitoria obtinere. P. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 2. cap. 44. num. 1. & seqq. aliisq. remediis adjuvari potest, de quibus latè *Klock. d. c. 19. num. 289. & seqq.* Frequentior tamen contra morosos & refractarios debitores usus est carceris, multæ, pignorum capiendorum. *arg. t. t. C. de cap. & distrab. pignor. l. sacrilegi. 9. §.**

9. §. fin. ff. ad. L. lul. pecul. Knipsch. de iur. Civit. Imperial. lib. 2 cap. 17. n. 94. & seqq. pœnæ dupli. arg. l. fin. §. divi. 10. ff. de publican. & vectigal. l. un. Cod. de superexaction. R. l. de anno 1566. §. derowegen haben. de anno 1576. §. und nachdem. & seqq. & §. da wider auch. de anno 1582. §. und nachdem. & seqq. §. dieweit dann & c. de anno 1594. §. dagegen aber. Klock, de contribut. cap. 18. n. 129. & seqq. C. l. A. d. th. fin. Gothofr. ad l. fin. in f. ff. quod met. caus. Imò ut manu militari, Tribulit. Soldaten/coërceatur. arg. l. I. C. de offic. prefect. Augustal. Nov. 134. cap. 2. vers. In quibus verò provinciis. Klock d. l. num. 90. Knipschild. d. l. num. 99. fac. l. qui restituere. 68. ff. de R. V. l. 3. in fin. pr. ff. Ne vis fiat ei, qui in possess. Ipsi Principes & Status Imperii, si à subditis collectas imperii non exegerint, vel exactas non solverint, regalibus & privilegiis bannoque proscribuntur privanturque & c. Klock de contribut. d. l. n. 141. & seqq. & cap. 19. n. 4. & seqq.

LIII. (7.) Cùm diversis temporibus Diocletianus & Constantinus M. plebem urbanam à tributo capitis liberaverint, arg. h. l. n. & l. 2. C. Theod. de censu. hinc videre licet, quàm incerta sit capitatio & mutabilis, tùm respectu quantitatis, uti passim videre licet. Vid. Lips. lib. 2. de magnitud. urb. Rom. cap. 3. per tot. & supr. thes. 41. & seqq. tùm respectu qualitatis. Nam etsi hodiè capitationem ferè omnes pro extraordinario tributo censeant. vid. supr. thes. 40. tamen olim secus fuisse ex h. ipsa L. n. evincitur. Add. Spiegel. in Lexic. in voc. Capitatio. Dn. à Feld. in Elem. jur. part. 5. cap. 9. membr. 1. artic. 2. n. 2. & 5. & supr. thes. 40. Neque enim adedò opus fuisset remissione, cùm extraordinaria onera, cessante temporis necessitate, cessare quoque soleant. Luc. de Pennâ. ad h. l. n. in voc. immunis. Lud. Molin. de I. & I. disput. 667. n. 1. in fin. Nam quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopire debet. arg. l. un. in pr. ibiq. Gothofr. C. de Caduc. toll. Et hinc docent Dd. extraordinariam contributionem interdum fieri ordinariam & viceversa. Salic. ad l. placet. 5. n. 3. in fin. C. de SS. Eccles. P. Heig. part. 1. quest. illustr. 17. num. 33. & seqq. C. l. A. ad tit. de censib. in rubr. de collect. thes. 6. Et, pendere ex voluntate Cæsaris & Statuum, an collectæ imperii ad munera ordinaria vel extraordinaria sint referendæ, tradit Gail. lib. 2. observ. 53. num. 1. & seqq. Neque malè Luc. de Pennâ, posse Principem urgente necessitate, quem à capitatione liberaverit, tributariæ functioni iterū subicere, d. l. & ad l. un. de superind. in voc. iudicio.

LIV.

LIV. (8) Colligit ex *h. l. n. in C. Theod. Gothofredus F. Diocletianum*, eò quòd *Licinius Dominum & Parentem nostrum &c.* dicat: *superstitem* adhuc fuisse. *in commentar. ad h. l. n. vers. secundo.* de quo valde dubitamus. Illud certius, quòd addit, *Parentes* vocari solitos reverentiæ causâ, per quos imperium accepissent. *d. l. & ad l. un. C. Theod. de action. cert. temp. finiend.* cujus vestigia in LL. quoque nostris occurrunt *in l. fin. C. de edend. l. 1. C. Ne lic. potentior. l. fin. C. si advers. fisc. l. 1. C. in quib. caus. in integr. l. 2. C. de reb. cred. l. dissentientis. 5. C. de repud. l. 1. C. di. ort. fact. l. pen. C. de Magistratib. conven. l. in testamento. 6. C. de testam. milit. l. 2. C. de impub. & al. substit. l. non justam. 4. Cod. ad Sct. Trebell. l. pen. C. de ser. & pignor. dat. l. 1. & 2. C. qui non poss. ad libert. l. 2. C. si pendent. appellat. l. legis. 4. C. qui bon. ced. poss. l. si quis. 11. C. de accusat. l. jure. 6. C. ad L. Iul. de adult. l. 2. C. ad L. Cornel. de fals. l. pen. C. de his, qui num. liberor. l. un. C. de reis postul. l. 1. C. de omni agr. desert. l. defunctorum. 4. C. de re milit. Gothofr. P. ad d. l. 3. C. si advers. fisc. & d. l. 6. C. de testam. milit.*

Neque hodie infrequens est Imperatoribus, ut Antecessores suos *Dominos* appellent, uti apparet ex *Reform. Maximil. de anno 1495. S. 1. de anno 1497. in pr. R. I. de anno 1559. in pr. & 66. pr. & S. 1. de anno 67. S. als wir dann. 39. de anno. 71. pr. Reform. Pol. de anno 1577. pr. R. I. de anno 1582. pr. & S. 1.*

LV. (9.) Ex *Autore Excerptorum de gestis Constantini M.* notat *Henr. Valesius*, inter *Constantinum & Licinium* pace factâ placuisse, ut sequente anno Consules essent. Et in Occidente quidem annum illum inscriptum esse *Constantino A. IV. & Licinio A. IV. Coss.* in Orientis autem partibus *Licinii* nomen præpositum esse, h. m. *Licinio A. IV. & Constantino A. IV. in not. ad Euseb. in vit. Constant. M. lib. 2. cap. 16.* Quæ si vera sunt, lucem afferunt eorum sententiæ; qui putant in Legum inscriptionibus *Gratianum, Valentinianum & Theodosium*, de industria ordinem mutasse interdum; ne si semper unus aliquis primus fuisset nominatus, aliis superior videretur. *Vid. Iac. Andr. Crus. de præmin. sess. 3. c. 1. num. 85.* Sed quantum quidem observare licuit, in Codice nostro ubique ætatis temporisque ratio habita est; ut potiùs pro mendis, si quæ aliæ inscriptiones reperiantur sint judicandæ. Magis facere viderentur verba conventionis inter *Ludov. Bavarum & Fridericum Austriam Imp.* de anno 1325. *Qui ex nobis alteri scribit, is eum præponat, cum vero scribimus ambo simul prævilegia vel literas, tum præponat se hic hodie, ille cras &c.* apud *Limn. de I. P. lib. 2. cap. 2. num. 5 & Ioh. Georg. Herbart. in Ludov. defens. ad ann. 1325. n. 34. nisi & illa sublesta esset fidei, uti censet Herbart. d. l. n. 33. 35. & seqq.* Probabilius fortè est, tentatam potiùs viam istam reconciliationis, quam utrinque probatam.

LVI. Et tantùm *ad h. l. n. & de capitationis materia*; quæ uti maximum & certissimum apud Romanos fuit tributum, ita in modo tenebras & nubes suas habet, uti ipse *Lipsius* testatur *de magnit. Rom. lib. 2. cap. 3. in pr. & med.* ut tantò minus nobis vitio verti debeat, sicubi in eadem hallucinati fuerimus. Subjiciamus saltem animi gratiâ affinia hæc corollar.

1. *Vsufuctuarium non teneri extraordinariis.*
2. *Neque superstites & g. in pago collectis deficientium.*


Soli DEO Gloria!

Strassberg, Diss., 1674-75

X 2617022


VD 17





RAS
tur
rum
inn
tis
stud

F



B.I.G.

Farbkarte #13

23

*Publ. 25. XII.
Febr. 14. m. m. 18.*

33

1675/14.

Q. B. V.
DISSERTATIO
ad
L. un. Cod.

de
CAPITATIONE
Civium Censibus eximendâ,

Quam
DIVINA FAVENTE GRATIA,
In Almâ Argentinensium Univerfitate,
sub
Præsidio

Viri Nobiliff. Ampliff. ac Consultiff.
DN. GERARDI von Stöffen / V.I.D.
& Pand. Prof. celebratiffimi, p. t. Re-
ctoris Magnifici,

DN. Patroni ac Præceptoris sui æviternum devenerandi,
Solenniter defenfurus est
BARTHOLOMÆUS MAUSELIN, Ravenspurgo-Suevus,
Auth. & Resp.
d. 18. Novem. anno N. C. **MDCCCLXXV.**

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.



P 134.

